4° Diss.
3385
-26-

Diss. 3385
/26

Bibl. 3385(26.

DISPVTATIO INAVGVRALIS

QVA

PLEONASMOS LINGVAE GRAECAE IN N.T. OCCVRRENTES

EX DECRETO ET CONSENSV

AMPLISSIMI

PHILOSOPHORVM ORDINIS

PRAESIDE

IO. HENRICO MAIO

ANTIQVITATVM LITTERATVRAE GRAECAE
ET LINGVARVM ORIENTALIVM PROFESSORE

PRO SVMMIS

IN PHILOSOPHIA HONORIBVS

CONSEQVENDIS

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

DIE IVLII AN. cIↃ IↃ ccxxiix.

SVBMITTET

IO. REINHARDVS IVNCK

GOSFELDENSIS HASSVS
RECTOR LYCEI WEZLARIENSIS.

EXCVDEBAT GIESSAE VIDVA I. REINH. VVLPII
ACADEMIAE TYPOGR.

105 R
M Lesde

Bayerische
Staatsbibliothek
München

PRAEFATIO.

Rammaticae Graecae exiguiſſimam particulam, ad figuratam Syntaxin pertinentem, & Pleonaſmos iſtius linguae, in coeleſtiſſimis Noui Teſtamenti libris exſtantes, complexam, tuo nunc ſubmittimus iudicio, quisquis es harum minutiarum non incurioſus lector. Paucos hodie inuenias, qui cupiditate huius linguae ardeant, pauciores, qui vel generalia Grammaticorum praecepta probe addiſcant, pauciſſimos vero, qui ad ſingula ſubſiſtant vocabula, & ſub examen illa vocent accuratum. Ac huius quidem rei cauſſa eſt, quod labore heic opus ſit improbo, quem illi abominantur omnes, quos impolita & rudia magis delectant, quam exaſciata ac dedolata. Vnde accidit, vt quoties aliquid ſecundum Grammatices regulas conſcribendum eſt, toties in illas impingant grauiter, & vel in ſpiritibus & accentibus adpingendis haereant, vel in verbis & conſtructione per errores labantur, atque hoc ſimul pacto inſcitiae ſuae poenas perſoluant; quum Grammatica illud ſuperbum ſit animal, quod ſui contemtores egregie ſemper vlciſcitur. *Subiraſcor*, ait Graece doctiſſimus *Dietericus* noſter in dedicatione Chreſtomathias Graecae, audiente illuſtriſſimo & eruditiſſimo Boineburgio, *noſtrae aetatis viris nonnullis ſomnolentis, qui litteras illas elegantiſſimas, & ſtudio ſacro vtiliſſimas, nauſeabundo tractant animo. Antegreſſo ſaeculo nemo non graeciſſabat, & vt graeciſſatio feliciter procederet, in Grammatico etiam negotio negotiabatur.* Dum autem Grammaticum voluimus ſaxum, committendum minime aliquid eſt, quod in ipſam Grammaticam ſit iniurium, ne in illam incurramus cenſuram, quam expertus fuit Petrus Madurus, humaniorum litterarum doctor, quem his verbis reprehendit *Ioannes Maldonatus* tomo tertio operum, pag. 2. *Vtraque epiſtola tua erat amice quidem ſcripta, ſed parum accurate. quod in eo homine, qui politiores litteras profitetur, magis mihi vitium videtur eſſe, quam ignoratio. — — Quamobrem qui hanc curam, quae vnicuique propria eſt, contentionemque non adhibet, is mea ſententia non poteſt euadere in vllo genere doctrinae perfectus. Nec enim dictum ſine magna ratione, ἐν τῷ πόνῳ εὐτυχία. Scribe igitur accurate, cogitate, polite, nec te oblitterare, quod minus perfectum eſt, vnquam*

pigeat.

pigeat. — — *Litterarum tuarum ſtilus eſt totus remiſſus, verba non lectiſſima, coniunctio ſine numeris, ſententiae diſſolutae, vt quoties tuas epiſtolas lego, videre mihi videar teipſum coram, diſcinctum, incultum, incedentem negligenter, ridentem laxe ore. Credo te legiſſe in Graecis aliquando epigrammatis:*

Χωλὸν ἔχεις τὸν νῶν, οἷς τὸν πόδα. καὶ ἀληθῶς
Εἰκόνα τῶν ἐντὸς σὴ Φύσις ἐκτὸς ἔχει.

Caue *accipias loco iniuriae*, mi Madure: *nam Graecis quiduis licet, & venit mihi nunc in mentem. In Graecis litteris accentus erant ſine lege poſiti, quod quantopere mihi displiceat, nemo credat.* Itaque Grammaticorum canones animis alte infigamus, quum & antiquiſſimi ſint, & veritatis euidentiſſimae, & vſus conſtantiſſimi. Licet enim multi tanquam parua faſtidiant Grammatices elementa, illaque infra dignitatem ſuam exiſtiment poſita eſſe; peritis tamen in arte aliter viſum eſt, vtpote qui norunt veriſſimum eſſe illud antiqui Rhetoris: *Perfectus Grammaticus ſine omnium diſciplinarum cognitione fieri nemo poteſt.* nec non hoc *Eraſmi Roterodamenſis* in epiſtola de vita Origenis: *Minori negotio tres Doctores abſolueris, quam vnum Grammaticum, qualis fuit Ariſtarchus apud Graecos, apud Latinos Seruius & Donatus.* Quamobrem quum & nos fingendae formandaeque iuuentuti a Deo optimo maximo praefecti ſimus, officii noſtri ſemper eſſe duximus, teneram aetatem illis imbuere litterarum principiis, quibus nemo eruditorum per totam carere vitam poteſt. Cuius ſtudii noſtri ſpecimen nunc publicum proponimus, quo Pleonaſmos Graecos Noui Teſtamenti conſiderandos paullo penitius ſumſimus. In quo negotio ita verſati ſumus, vt ordine primum enumerauerimus Pleonaſmos ſi non omnes, praecipuam tamen eorundem partem, ac deinde hos ipſos auctoritate ſcriptorum Graecorum, pedeſtri ſermone vtentium, comprobauerimus, & quidem praeſtantiſſimorum; rarius enim interpoſitum videbis, lector, nomen aliquod vel Poetae, vel alterius ex cadente Graecia, vel etiam eccleſiae rectoris, ſi magnum excipias *Baſilium*, & *Clementem Alexandrinum*, & *Gregorium Nazianzenum*, & *Syneſium*, ſimilesque, quos publice olim, & praeſente populo, praelegere vetitum erat. idque a nobis factum eſſe ſcias ob rationes, quas domi nouimus. Latinum quoque Diſſertationis praeſentis ſtilum rei, de qua agitur, ſic attemperauimus, vt multos de induſtria adhibuerimus Pleonaſmos, quos Romani veteres, imitatione Graecorum, pariter frequentarunt. Quod ſi litteratiſſimo viro, *Ioanni Sauaroni*, quum Apollinaris Sidonii opera in publicam lucem emitteret, eodem dicendi genere & Dedicationem, & vitam Auctoris ſui, exornare licuit, quod Aruernorum illi epiſcopo cum primis placuit; cur nobis, Pleonaſmos inter medios verſantibus, Pleonaſmos tamen vſurpare eſſet denegatum? Tu, lector beneuole, iudica, & hoc labore noſtro, ſi poteris, fruere, nobiſque faue.

I.

PLeonaſmorum, in linguam Graecam ingredientium, inueſtigatio, & ad ſermonis ipſius indolem penitus cognoſcendam, neceſſaria cumprimis eſt, & digna viſa olim quondam Graecis hominibus, in qua ſtudium collocarent ſuum. *Tryphonem* quippe, Alexandrinum Grammaticum & Poetam, *περὶ πλεοναςμοῦ τῶν ἐν Αἰολίδι διαλέκτων βιβλία ζ', de pleonaſmo dialectorum, in Aeolica lingua occurrentium, libros ſeptem conſignauiſſe*, teſtatur *Suidas* tomo III. pag. 513. Vitio itaque nobis non vertetur, ſi data opera, eiuſdem linguae pleonaſmos, in Noui Foederis libris occurrentes, exponere iam nunc ſtuduerimus; immo potius laudem, quantum iudicare valemus, merebitur laboris noſtri ſi non perfectio, at conatus tamen & adumbratio.

II.

Habet hoc Graecorum lingua cum aliis commune, quod verbis honeſtet orationem & collocupletet. Namque Ebraeos etiam pleonaſmis non carere, obſeruatum eſt *Alberto Schultens* in animaduerſionibus ad

loca V.T. pag. 28. V. E. *Loeſchero* de cauſſis linguae Ebraeae lib. II. cap. 10. §. 2. aliiſque ; & Romanis uſitatos illos eſſe , *Barthius* docet Aduerſariorum lib. XXXII. 15. *Goclenius* obſeruat. linguae Latinae pag. 315. ſeq. *Thomas Linacer* de emendata ſtructura latini ſermonis lib. VI. pag. 447. ſeqq. *Petr. Burmannus* ad Phaedri lib. I. fab. 22. *Ger. Io. Voſſius* lib. VII. de arte grammatica pag. 63. 223. ſeqq. 234. 242. 254. & commentariorum rhetoricorum lib. V. cap. 2. pag. 269. longeque adhuc plures , quorum nomina in hac ipſa tractatione ſuis comparebunt locis.

III.

Eſt vero *neceſſarius huius figurae vſus in eo , vt verba quidem adiiciamus , non tam enuntiandae rei neceſſaria , quam vt ex his magnitudo , vel dignitas , vel moralis aliqua commendatio , aut denique ſpecies motura iudicem circumponatur. Alioquin ſi nihil eorum additio verbi efficiet , vitioſa erit* , quae verba ſunt *Aquilae Romani* libro de figuris elocutionis cap. 23. p. 76. eiuſque definitionem retinuit *Nicol. Cauſſinus* de eloquentia ſacra & humana lib. VII. cap. 16. pag. 316. Facit etiam pleonaſmus ad ornatum ſermonis & emphaſin. Vnde *Anſonius Popma* de vſu antiq. locut. lib. II. cap. 10. *Interdum* , inquit , *voces quaedam in oratione abundant , & elegantiae tantum cauſſa , non neceſſario , ponuntur.* Nec *abundant* modo , ſed confirmant quoque , vt mox idem Popma teſtatur : *Pronomina* hic , is , *etiam abundant , vel potius magis confirmant.* Breuiter & erudite veteres *Gloſſae* Graeco Latinae: πλεονασμὸς, *Cumulacio* , *Abundacio* , *Amplitudo.* Nonnulli ſolam *abundantiam* nominant, quando de pleonaſmo agunt, quos inter numeroſum agmen ducit *Quintilianus* inſtit. orator. IIX 3. pag. 352. *Eſt & πλεονασμὸς vitium , quum ſuperuacuis verbis oneratur oratio.* Ego meis oculis vidi. *Satis eſt enim* , vidi - - *Nonnunquam tamen illud genus - - adfirmationis gratia adhibetur.* Vocemque his auribus hauſi. *At vitium erit , quoties otioſum fuerit , & ſupererit , non quum adiicietur.* Nec aliter *Seruius* ad Virgil. Aen. lib. I. ac verba *voce refert* ita commentans col. 428. πλεονασμὸς , *qui fit , quoties adduntur ſuperflua , vt alibi* , vocemque his auribus hauſi. *Terentius* : His oculis egomet vidi. In eandem ſententiam

tiam abit *Flauius Sosipater Charisius* institutionum grammaticar. lib IIII. col. 242. πλεοναστμὸς *est sententia, verbo plus quam necesse est abundans, vt*, sic ore locuta est, *quum sufficeret dici*, sic locuta est. Iisdem plane verbis Pleonasmum definiuit, eodemque Virgiliano exemplo vsus est *Diomedes* de oratione & partibus orationis lib. II. col. 444. Consentit *Isidorus Hispalensis* originum I. 33. *Pleonasmos*, inquiens, *adiectio vnius verbi superuacua, vt in Virgilio*: Hactenus aruorum cultus, & sidera coeli. *Neque enim alibi, nisi in coelo, sunt sidera.* Locus Maronis exstat initio libri II. Georgic. vbi *Seruius* pridem obseruauerat, quae ex eo Isidorus desumsit. Accedit his *Nicolaus Perottus* in Cornu Copiae, siue, linguae Latinae commentariis pag. 430 editionis Aldinae, scribens: *Pleonasmus Latine cumulatio dici potest. Est enim figura, quae fit, quotiens superflua adduntur. Virgilius:* Vocemque his auribus hausi; quae Seruii etiam verba fuerunt, iam modo adducta. Plenissime Pleonasmum hac ratione delineauit *Phauorinus* (vel, si scribere malueris, *Fauorinus*, Latino ἐλύμῳ ex *fauor* deducto, id subministrante) in Lexico Graeco col. 1517. Πλεοναστμός ἐστιν, ὅταν πλεοναστῇ συλλαβὴ λέξεως, ἢ πάλιν τὸ αὐτὸ σημαίνει, ὡς ἔχει τὸ αὐτίος ἢ τὸ ἐναυτίος. Ταυτὸν γάρ ἐστι, καὶ τὸ ἔναντι, κατέναντι, καὶ τὸ πανταχῇ, καὶ τὸ θέλω ἐθέλω, καὶ ἕτερα. εἴδη δὲ τῶ πλεοναστμῶ εἰσι τρία, παραγωγὴ, ἔκτασις καὶ παραπλήρωμα. Παραγωγή ἐστι λέξις ἔχουσα ἐν αὐτῇ τὸ πλεονάζον, οἷον κελαινεφὲς αἷμα, καὶ τὸ χθονὸς εὐρυοδείης. ἔκτασις δέ ἐστι λέξις ἐκτεινομένη παρὰ τὸ σύνηθες, οἷον καλῆσι, θέλησιν, ὀπόσοισι. παραπλήρωμα δέ ἐστι λέξις ὅλη ἐκ περισσῶ παραλαμβανομένη παρὰ τὸ σύνηθες, οἷον ᾧ καὶ τόξον Ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν. ὁ γὰρ καὶ σύνδεσμῳ πλεοναζει, καὶ ἀρχὰς αὖ νηῶν ἐρέω, νῆάς τε προπάσας, πλεοναζει ἡ πρὸ πρόθεσις. Ἄλλως. πλεοναστμός ἐστιν, ὅταν λόγῳ μόριον προστεθῇ περιττὸν, κόσμου χάριν ἢ ἐμφάσεως, ὃ ἀφαιρεθέντῳ, ἡ διάνοια οὐδὲν βλάπτεται. Πλεοναστμὸς στοιχείου, οἷον σάχυς ἄσαχυς, πνοὴ πνοιὴ, τοῦτον τουτονί. Πλεοναστμὸς συλλαβῆς, οἷον λοιπὸν προλοιπὸν, ἔτυμῳ ἐτήτυμῳ, ἔφης ἔφησθα. Πλεοναστμὸς ἐπὶ λέξει, οἷον βοῶν ἐπιβουκόλῳ ἀνήρ. Χρυσοῦ δὲ σήσας Ὀδυσσεὺς δέκα πάντα τάλαντα. ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός. ἔνθα μὲν τὸ πάντα, ἔνθα δὲ τὸ μάλα πλεοναζει. Τοιοῦτο δὲ

τὸ ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι. Τὸ γὰρ μάλα καὶ ὀφθαλμοῖσι, πλεονάζει κατὰ συνήθειαν Ἀττικήν. *Contingit pleonaſmus, quando, redundante licet ſyllaba in dictione, eadem tamen res deſignatur, veluti* ἀντίος & ἐναντίος *quae idem ſignificant, ſicuti &* ἔναντι, κατέναντι, παντάχῃ & ἁπανταχῇ, θέλω & ἐθέλω, *& reliqua. Species autem pleonaſmi tres ſunt, paragoge, ecſtaſis, ac parapleroma. Paragoge eſt, quando in ipſa dictione abundans quid continetur, vt* a) κελαινεφὲς αἷμα, *ſanguis purpureus*, & b) χθονὸς εὐρυσθείης *terrae ſpatioſae. Ecſtaſis eſt, quando praeter conſuetudinem vox extenditur, vt* καλῆσι, θέλησιν, ὀπάσσοισι. *Denique Parapleroma fit, quando, contra morem, integra adiicitur dictio, vt in illo* c) ᾧ καὶ τόξον Ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν, *cui etiam arcum ipſe dederat Apollo, vbi coniunctio* καὶ *ex abundanti ponitur. Item in hoc loco* d) Ἀρχοὺς αὖ νηῶν ἐρέω, νῆάς τε πρεπάσας, *principes itaque nauium indicabo, nauesque omnes; vbi praepoſitio* πρὸ *abundat. Aliter adhuc definiri poteſt pleonaſmus, quod ſit adiectio ſuperflua orationis, ornatus aut efficaciae cauſſa adpoſita, qua demta quamuis, nihil tamen ipſi ſententiae decedit. Eſt porro pleonaſmus vel vnius elementi, ſicut* σάχυς ἄσαχυς, πνοὴ πνοιὴ, τεῦτον τετονὶ, *vel ſyllabae cuiuſdam, vt* λοιπὸν προλοιπὸν, ἔτυμος ἐτήτυμος, ἔφης ἔφησθα, *vel ipſius orationis, vt* e) βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνὴρ, *boum bubulcus vir; Item* f) χρυσοῦ δὲ σήσας Ὀδυσσεὺς δέκα πάντα τάλαντα, *auri vero adpendit Vlyſſes decem omnino talenta. Et* g) ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱὸς, *certe omnino iam mortuus eſt Menoetii fortis filius; in quibus locis vocabula* πάντα *&* μάλα *redundant. Tale etiam eſt illud* h) ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι, *oculis video; μάλα enim & ὀφθαλμοῖσι Attico more per abundantiam ponuntur.* Itaque ex hacce Camertis opinione datur pleonaſmus & in vnica littera, & in ſyllaba, & in vocibus integris. Prior alias

a) Iliad Δ. 140. Odyſſ. Λ. 36. b) Odyſſ. Γ. 453. c) Iliad. B. in catalogo nauium verſu 374. d) Iliad. B. 493. e) Odyſſ. Υ. 235. f) Iliad. T. 247. Hunc, & ſequentem verſiculum Homeri, adduxit etiam *Plutarchus* tractatu de vſu ſchematum apud Homerum. notauitque in hoc priore vocem *πάντα* metri cauſſa, in poſteriore *μάλα* ex ornatu Attico abundare. g) Iliad. Σ. 12. h) Iliad. Γ. 28. & Odyſſ. K. 387.

alias ἐπέκτασις vocari ſolet, de qua videndus *Henr. Stephanus*, animadverſionibus in Ioannis Grammatici libellum de dialectis pag. 14. quantumuis πλεονασμὸν quoque ſalutet *Euſtathius* cum ad Iliad. B. pag. 113. tum ad Dionyſii orbis deſcriptionem, verſumque 534. pag. 102. & *magnus Etymologiarum collector* voce Ἔσπετε, & *ſcholiaſtes Hephaeſtionis Alexandrini* ad librum de metris p. 92. & *Trypho* Grammaticus, pleonaſmum definiens per περισσότητα χρόνων ἢ χρόνε, ſοιχείων ἢ ſοιχείου, & nouem eius enarrans ſpecies, puta πρόθεσιν, ἀναδίπλωσιν, ἔκτασιν, ἐπέκτασιν, διαίρεσιν, παρένθεσιν, διαπλασιασμὸν, παρέμτωσιν, καὶ προχηματισμόν. Idem dicendum, quando ad pronuntiationem denſandam vox augetur ſyllaba; de quibus omnibus nunc quidem non agemus: ſurgeret enim in immenſum labor, & ad faſtidium vſque lectorum creſceret haec moles. Neque etiam huc aduocabimus aut ἐπίχυσιν ταυτοδυνάμων λέξεων, de qua *Alexander Morus* ad Epheſ. I. 19. aut periphraſin, quam *ſcholiaſtes Nicandri* ad Theriaca pag. 18. *Quintilianus*, *Iſidorus Hiſpalenſis*, & innumeri alii conſiderarunt; aut παλιλογίαν, cuius multa proſtant exempla in *Bibliothecae Bremenſis* claſſe 2. faſciculo ſexto pag. 1052. ſeqq. aut μακρολογίαν vel περισσολογίαν, de qua *Voſſius* pater inſtit. orator. lib. IIII. pag. 35. aut ἀναδίπλωσιν, vt χρήματα, χρήματα, in *Pindari* Isthm. od. 2. verſu 17 ὀλόμεσθα, ὀλόμεσθα in *Euripidis* Oreſte v. 191. Τελεῖ τελεῖ Ζεύς τι κατ' ἦμαρ in *Sophoclis* OedipodeColon. v. 1071. λάβε, λάβε in *Aeſchylo*, & παρθενία, παρθενία in fragmentis *Sapphonis*, item ἔξιτε ἔξιτε, ἐκὰς, ἐκὰς, & Horatianum Carm. lib. II. od. 17. *ibimus*, *ibimus*; cuiuſmodi formulae in gaudio, naeniis, iuſſionibus, aliiſque caſibus, ſunt vſitatae, quemadmodum copioſe & diligenter monſtrauit illuſtris *Ezech. Spanhemius* ad Callimachi hymnum in Palladis lauacrum pag. 532. & ad Ariſtophanis Plutum v. 114. cui iungendus *Laurent. Norrmannus* ad Ariſtidem de dictione ciuili pag. 467. Quo pertineret etiam quoque ex ſacris libris δύο δύο Marci VI. 7. συμπόσια συμπόσια, ibid. commate 39. & ſtatim com. 40. πρασιαὶ πρασιαὶ, & οὐαὶ, οὐαὶ, Apocal. XIIX. 10. 16. 19. Haec, & his ſimilia, a praeſenti inſtituto excludemus, illum vnice expoſituri pleonaſmum, qui in voce vna aut pluribus conſiſtit, & vel ad elegantiam

orationis facit, vel ad vehementiam, prout ex *Varino* iam percepimus. Etenim geminus est πλεοναςμὸς, alius qui vitium, alius qui ſuauitatem habet. Illius exemplum ex *Fabii* ſupra memorato loco adſcribemus: *Emendauit* (vitium) *non inurbane in Hirtio Cicero, qui, quum in Panſam declamans, filium a matre decem menſibus in vtero latum eſſe dixiſſet. Quid? aliae, inquit, in paenula ſolent ferre?* Hic optimis quibuſcunque auctoribus adhibitus fuit. *Nec improbandi pleonaſmi ſunt, quum faciunt aliquid, hoc eſt, quum vim ac efficaciam addunt orationi, aut plenioremeandem, vel modulatiorem, reddere poſſunt*, ait artis dicendi peritiſſimus *Aug. Buchnerus* de commutata ratione dicendi lib. I. cap. 21. in extremo. Febriculoſa ergo illorum eſt ſuperſtitio, qui pleonaſmos omnes ad vitia orationis coniiciunt, quorum male ſanam opinionem confutauit B.D. *Io. Henr. Maius*, meritis in eccleſiam noſtram & Academiam inclitus, in praefatione εἰσαγωγικῇ ad Synopſin Criticorum a Matthaeo Polo adornatam, de Noui Inſtrumenti ſtilo vere pronuntians: *Regularis quoque ſeu naturalis ſtructura non vbique occurrit, ſed ſaepe etiam irregularis, quae cum varia, ac interdum dubia & incerta ſit, magnas parit difficultates. Huc pertinent* ἀναντα πόδοτα, ὑπέρβατα, *parentheſes,* μακρολογίαι, *ſeu pleonaſmi, traiectiones, enallagae, & ſimilia ſchemata, quae immerito inter vitia orationis a Grammaticis reponuntur; quum* Fabio, *optimo dicendi artifice, ſcribente*, auctoritate, vetuſtate, & conſuetudine, plerumque defendantur, ſaepe etiam ratione quadam: praeterea conuertant in ſe auditorem, habeantque ex illa vitii ſimilitudine gratiam, vt in cibis interdum acor ipſe iucundus eſt. *Quintiliani* verba leguntur lib. IX. partim initio capitis tertii, partim longe poſt initium; duo enim haec loca in vnum ſunt contracta.

IIII.

Ac huius quidem elegantioris generis pleonaſmos ex N. T. colligemus, eumque tenebimus ordinem, quem vir clariſſimus *Lambertus Bos* ſeruauit in elegantiſſimo de Ellipſibus Graecis libello, vtpote quibus e regione poſiti ſunt pleonaſmi. Prodeant igitur primum *nomina*,

mina, ſub quibus & *participia* comprehendemus & *pronomina*, vna cum *articulo*.

ΑΚΟΗ, *Auditus*. Per Pleonaſmum adiicitur verbo ſuo cognato, vt ἀκοῇ ἀκούειν Matth. XIII. 14. Actor. XXIIX. 26. Similis eſt abundantia in ἀπειλῇ ἀπειλεῖν Actor. IIII. 17. in θανάτῳ τελευτᾷν Matth. XV. 4. Marc. VII. 10. aut θανάτῳ ἀποθνήσκειν Ioan. XIIX. 32. in χαρᾷ χαίρειν Ioan. III. 29. παραγγελίᾳ παραγγέλλεσθαι Act. V. 28. ἀναθέματι ἀναθεματίζειν ibid. XXXIII. 14. in προσευχῇ προσεύχεσθαι Iacob. V. 17. aliisque huc referendis locutionibus, quando verbo additur nomen eiusdem notionis in caſu tertio, id quod ſiniſtre Ebraiſmis accenſet *Io. Henr. Suicerus* commentario in epiſtolam ad Coloſſ. *I.* 11. pag. 27. Namque his geminas habent Graeci ſcriptores exteri conſtructiones, oſtendente *Horatio Vitringa* in animaduerſionibus ad Io. Vorſtium pag. 245. ſeq. addique poteſt ex *Polybio* XVI. 8. pag. 1016. ἐτίμησαν τιμαῖς, ex *Aeliani* hiſtor. animal. XV. 29. σεμνοτέραις ἢ κατ' ἄνθρωπον ἐτίμων ταῖς τιμαῖς, ex *Luciani* vita pag. 8. κατακοσμήσω πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς κοσμήμασι, ex eiusdem libello aduerſus indoctum, & multos libros ementem, pag. 387. Φυγῇ Φευκτέον, ex *Pindari* Iſthm. od. 2. v. 55. νομίζων νόμῳ, itemque ex *Lyſiae* oratione pro caede Eratoſthenis, in fine, ζημίαις ζημιοῦσθαι. Emphaſi haec non carere, Beza profitetur ad Actor. II. 30. *Ebraicas eiusmodi*, inquit, *repetitiones, quibus etiam interdum Attici vtuntur, alibi adnotauimus non mediocre pondus addere ſententiae.* Atque illas omnes vel certam rei rationem, vel actionis intenſionem, vel celeritatem, vel vehementiam, deſignare, pridem obſeruarunt non pauci, quos enumerare omnes moleſtum nimis eſſet; inprimis quum haec obuia ſint, & quae obiter indicaſſe ſufficiat. Huius etiam commatis eſt notiſſimus ille pleonaſmus, quo verbum cum ſuo nomine in caſu quarto coniungitur, de quo nunc pauca.

ΑΜΑΡΤΙΑ, *Peccatum*. Abundat hoc vocabulum, ſi adponitur verbo ſuo ἁμαρτάνειν, quod factum eſt in priore epiſtola Ioannea V. 16. Nam quod ibi legitur ἁμαρτάνειν ἁμαρτίαν μὴ πρὸς θάνατον, illud continuo, & ſine iſto pleonaſmo, effertur, ἁμαρτάνειν

νειν μὴ πρὸς θάνατον. Numerus innumerus est huius census pleonasmorum in libris N T. quos inter Ebraismos perperam retulit praeter *Leusdenium* & *Vorstium*, perpetuos Ebraismorum propugnatores, *Ludou. Cappellus* ad Lucae II. 8. & *I. H. Hottingerus* nepos, de praestantia antiquitatum Iudaicarum pag. 9. Sane in hoc dicendi genere subesse aliquid ἐμφατικόν τε καὶ ἐπιτατικὸν καὶ Ἀττικόν, illudque apud optimos quoscunque scriptores occurrere, exemplis docuerunt quamplurimis *Henr. Stephanus* animaduersionibus in Corinthi libellum de dialectis p. 20. *Ioach. Camerarius* in Sophoclem p. 31. *Ezech. Spanhemius* ad Callimachi hymnum in Delum v. 279. p. 486. *Casp. Barlaeus* ad Luciani Timonem p. 148. *Franc. Nansius* ad Nonni paraphrasin in euangel. Ioan. p. 28. *Lamb. Bos* initio opusculi modo laudati, clar. *Wolfius* ad Libanii centuriam epistolarum p. 21. & *Horat. Vitringa* l. c. p. 243. seq. Ac recte quidem hi rationes subducunt suas ; etenim quum nemo non ita loquutus fuerit, veluti *Aeschines*, orator inter Graecos praestantissimus, oratione in Timarchum pag. 185. A. editionis Hieronymi Wolfii, οὐκ ἔστιν ἥντινα ποῦποτ' οὐκ ἦρξεν ἀρχήν, & *Isaeus* orat. I. pag. 364. διαθήκας διατίθεσθαι. & *Antiphon* orat. III. pag. 39. εἰσφορὰς εἰσφέρειν, & *Galenus* libro de curandi ratione per venae sectionem cap. 6. tomo decimo operum edit. Paris. anni 1679 pag. 434. D. κινήσεις κινεῖσθαι, & libro de adfectuum renibus insidentium dignotione & curatione cap. 6. pag. 540. B. eiusdem tomi διαιτᾶσθαι δίαιταν, & *Dionysius Halicarnassensis* antiquit. Roman. libro quarto pag. 208. στρατείαν στρατεύειν, & *Themistius* oratione funebri in parentem pag. 239. D. θυσίας θύειν, & oratione XXXIII. pag. 365. D. παιδείαν παιδεύεσθαι, & *Plato* epistola quinta ξυμβουλὴν συμβουλεύειν, & *Dio Prusaeus* oratione XXXIII. pag. 404. A. τὴν μεγίστην ὕβριν ὑβρίζειν, & *Aphthonius* in Progymnasm. cap. 7. pag. 161. βουλεύεσθαι βούλευμα κάκιστον, & *Themistocles*, aut quisquis nomen illius mentitur, epistola 12 pag. 35. edit. Romanae, βιῶναι πάντα τοῦτον τὸν βίον, & *Achilles Tatius* lib. VII. pag. 447. δικάζειν δίκας, ibidemque θάνατον τεθνάναι, & S. *Gregorius Nazianzenus* in voluntate vltima, quae legitur in appendice ad tomum I. διατίθεσθαι τὴν διαθήκην, & *Theophanes Cerameus*, archiepiscopus Tauromenitanus,

homi-

homilia 14. pag. 84. C. βυλὴν βυλέυεσθαι, & *Syneſius*, Cyrenes epiſcopus, libro de prouidentia pag. 90. C. ἀρχὴν ἄρχειν, & *Athenaeus* Deipnoſoph. lib. XV. pag. 670. F. πρόβλημά τι προβάλλειν, & *Alciphron* lib. I. epiſt. 9. pag. 34. κέρδος κερδαίνειν, & eod. libro epiſtol. 23. pag. 92. ac libro III. epiſtol. 3. ineunte βυλεύεσθε βούλευμα, & libro II. epiſtol. 3 pag. 226 δεῖται πάσας δεήσεις, & *Eunapius Sardianus* in vita Aedeſii pag. 74. νίκην νικᾷν, & *Ariſtophanes* in Θεσμοφοριαζούσαις verſu 800. μανίαν μαίνεσθαι, & *Anthologia* III. 23. pag. 375. γοᾶν γόον, & *Euripides* in Bacch. verſ. 1259. ἀλγύνεσθ' ἄλγος δεινὸν, & ibid. v. 1296. ὕβριν ὑβριοῦσι, & *Iulianus* Imp. in Miſopog. pag. 154. ἄρχειν ἀρχὴν, & *Hippocrates* de aere, locis, & aquis p. 73. κινδύνους κινδυνεύειν, & *Clemens Alexandr.* Paedag. III. 6. pag. 233. πλοῦτον πλουτεῖν μέγιστον, & *Homerus* Iliad. IX. 75. βυλεύειν βυλὴν, & *Ariſtides* in προσφευτικῷ πρὸς Ἀχιλλέα pag. 30. μῆνιν μηνίειν, & *Choricius* ſophiſta oratione funebri in Procopium Gazaeum pag. 861. πόλεμον πολεμεῖν, & *Lucianus* in Somnio tomo I. pag. 10. δίκην δικάζειν, rurſusque in Timone pag. 137. σπονδὰς σπένδεσθαι, & *Arrianus* de expeditione Alex. M. lib. I. pag. 15. τάξεις τάττειν, & *Aelianus* in var. hiſtor. VI. 1. pag. 408. ὕβριν ὑβρίζειν, idemque opere de animal. natura XIII. 20. pag. 827. βάπτειν βῆχα, & plures adhuc, quorum vel nomina percenſere nimis foret longum : tum vero vix quisquam frequentius adhibuit hanc dicendi formulam, quam *Lyſias*, diſertiſſimus ille Hellados orator, de quo nobile exſtat iudicium Fauorini philoſophi apud *Aulum Gellium* lib. II. cap. 5. *Si ex Platonis oratione verbum aliquod demas mutesue, atque id commodiſſime facias, de elegantia tantum detraxeris ; ſi ex Lyſiae, de ſententia ;* nec non hoc *Quintiliani* inſtit. orat. X. 1. pag. 449. *Lyſias ſubtilis atque elegans, & quo nihil, ſi oratori ſatis ſit docere, quaeras perfectius. Nihil enim eſt inane, nihil arceſſitum ; puro tamen fonti, quam magno flumini, propior ;* denique & hoc *M. Ant. Mureti* variarum lectionum lib. XIIX. cap. 8. ipſo initio : *In ſcriptoribus pectendae ac comendae orationis ſtudioſis, ea ipſa nonnunquam, quae ſponte fuſa omnibus viderentur, ſummo ſtudio elaborata & expolita ſunt. Quod*

ego mihi ſaepe in Lyſia obſeruaſſe videor: vt cum verbis plerumque quotidianis vtatur, ſtructura tamen & collocatio eorum nullo modo mutari queat, quin aliquid de gratia & ſuauitate orationis deteratur. Hic ergo *Lyſias*, apud quem nullum verbum inane eſt ac otioſum, hanc ſermonis *ſuperfluitatem*, vt cum *Plinio* hiſt. nat. XIIII. 1. loquar, adeo in deliciis habuit, vt illa ſingulas propemodum orationes ſuas, tanquam lumine quodam, diſtinxerit & frequentauerit. Statim oratione prima p. 21. κίνδυνον κινδυνεύειν adeſt. Mox in fine orationis ſecundae eundem cum alio coniungit pleonaſmum, ὑπὲρ ἧς (πατρίδος) ἐγὼ πολλοὺς κινδύνους κεκινδύνευκα, καὶ πολλὰς λειτουργίας λελειτούργηκα. Rurſum orat. V. pag. 68. & orat. VI. pag. 97. & orat. XII. p. 229. ἔργα ἐργάζεσθαι. Oratione quinta pag. 78. βιοῦν τὸν βίον ἀβίωτον. Orat. VI. pag. 98. ναυμαχίας ναυμαχεῖσθαι, καὶ μάχας μάχεσθαι. Orat. VII. pag. 108. προφάσεις προφασίζεσθαι. Orat. IX. pag. 131. στρατείαν στρατεύεσθαι, & pag. 133. μαρτυρίαν μαρτυρεῖν. Oratione decima pag. 138. στρατηγίαν στρατηγεῖν. Orat. XI. pag. 145. πράγματα πράττειν, ibidemque δίκην δικάζεσθαι, & eadem oratione pag. 152. χορηγίας χορηγεῖν, nec non pag. 182. πολεμεῖν πόλεμον. Orat. XII. pag. 196. ἐπιβουλὴν ἐπιβουλεύειν, & pag. 197. βουλὴν βουλεύεσθαι, itemque pag. 198. 201. 213. ψήφισμα ψηφίζεσθαι, ac pag. 214. ſeq. ἀρχὴν ἄρχειν, καὶ τριηραρχίας τριηραρχεῖν, nec longe poſt, pag. nimirum 216. integram periodum eiuſmodi locutionibus abſoluit: περὶ δὲ συκοφαντίας ὅσας ἔστιν ἢ δίκας ἰδίας συκοφαντῶν ἐδικάζετο, ἢ γραφὰς ὅσας ἐγράφετο, ἢ ἀπογραφὰς ἀπέγραφεν, οἶδέν με δεῖ καθ' ἕκαστον λέγειν. Porro in eadem adhuc oratione pag. 225. τὴν ἀπαγωγὴν ἀπάγειν, & p. 226. συνθήκας συντίθεσθαι. Denuo orat. XVII. p. 284. XIX. pag. 325. XX. pag. 349. XXIII. in fine, XXIIII. pag. 394. & p. 403. ἀρχὴν vel ἀρχὰς ἄρχειν. Oratione XIX. p. 329. & XXIX. pag. 449. ἐπιβολὰς ἐπιβάλλεσθαι. Orat. XX. poſt initium, δαπάνας δαπανᾶσθαι. ibidem pag. 349. ἀγῶνα ἀγωνίζεσθαι. Orat. XXIIII. pag. 393. XXVI. p. 425. & XXIX. p. 460. εἰσφορὰν εἰσφέρειν. Orat. XXVI. p. 425. οἰκίας οἰκεῖν. Orat. XXIX. p. 455. θύειν τὰς θυσίας. Denique, vt ad locum nomenque noſtrum, cuius cauſſa haec congeſſimus omnia, perueniamus, phraſis ἁμαρτάνειν ἁμαρτήματα occurrit orat. XXX. p. 478.

ὅσιε γὰρ περὶ τὰς ἑαυτῶ ἀναγκαίας τοιαῦτα ἁμαρτάνει ἁμαρτήματα, τί ἂν περί γε τὰς ἀλλοτρίας ποιήσειεν; & non adeo multis interpositis repetitur p. 480. τίς γὰρ ἄν ποτε ῥήτωρ ἐνεθυμήθη, ἢ νομοθέτης ἤλπισεν, ἁμαρτήσεσθαί τινα τῶν πολιτῶν τοσαύτην ἁμαρτίαν; In quibus Lysiae, si attente consideres, exemplis, nonnulla sunt, quae & in N.T. prostant, vtpote ἔργον ἐργάζεσθαι Matth. XXVI. 10. Marc. XIIII. 6. Ioann. III. 21. VI. 28. IX. 4. 1. Corinth. XVI. 10. στρατείαν στρατεύεσθαι 1. ad Timoth. I. 18. ἀγῶνα ἀγωνίζεσθαι 1. Tim. VI. 12. & 2. ad Timoth. IIII. 7. Minime proinde talium locutionum vel creberrimus vsus vitiat orationem, neque, si quando paullo se offert rarior aliqua, ex numero accuratae λέξεως actutum eliminanda est, quod equidem in litteris non Latinis modo sed & Graecis versatissimo viro *Io. Georg. Graevio* euenisse mirari quis merito possit. Is quippe in adnotatis ad Luciani tomum secundum pag. 872. scripsit: *quamuis pompae & ludi in Deorum honorem instituerentur, tamen* πομπὰς πέμπειν *nemo dixerit.* At vero dixit *Lysias* noster orat. XII. quae est contra Agoratum pag. 222. ἔπεμψαν οἱ πολῖται ἐκ Πειραιῶς τὴν πομπὴν εἰς πόλιν. Pag. 223. συνέπεμπε τὴν πομπὴν μετὰ τῶν πολιτῶν πρὸς τὸ ἄστυ. Et paucis interiectis versibus: συμπέμπειν τὴν πομπὴν τῇ Ἀθηνᾷ. Pag. 224. οὐκ εἰκὸς μετὰ τῶν πολιτῶν πέμπειν τὴν πομπήν. Dixit linguae Atticae canon *Aristophanes* in Concionatricibus v. 754. Ἱέρωνι τῷ κήρυκι πομπὴ πέμπεται. Dixit *Polyaenus* lib. V. cap. 5. pag. 474. θύειν τοῖς δώδεκα θεοῖς, καὶ πέμψειν πομπὴν ὅπλοις κεκοσμημένην. Dixit *Arrianus* in hist. Alexandri magni lib. I. cap. 19. θυσίαν τε ἔθυσε τῇ Ἀρτέμιδι, καὶ πομπὴν ἔπεμψε ξὺν τῇ στρατιᾷ πάσῃ. idemque in libro de rebus Indicis cap. 36. Ἀλέξανδρος δὲ σωτήρια τῷ στρατῷ ἔθυε Διὶ σωτῆρι, καὶ Ἡρακλεῖ, καὶ Ἀπόλλωνι ἀλεξικάκῳ, καὶ Ποσειδῶνί τε, καὶ ὅσοι ἄλλοι θεοὶ θαλάσσιοι. καὶ ἀγῶνα ἐποίει γυμνικόν τε καὶ μουσικὸν, καὶ πομπὴν ἔπεμπε. Dixit quoque *Aelianus* in hist. animal. XI. 10. pag. 648. πομπὰς δὲ αὖς πέμπουσι, καὶ ἱερουργίας ἐπιτελοῦσι, K. T. Λ. Atque haec quidem omnia vere esse Attica doctissimus *Aristophanis scholiasta* docet ad Plutum v. 517. ac verba λῆρον λήρεις ita commentans: Ἀττικὴ ἡ φράσις καὶ τὸ σχῆμα, ὡς τὸ, μανίαν μαίνῃ, καὶ φυγὴν φεύγεις. καὶ ὅλως ἐφ' ὧν

ὧν τῷ πράγματι ἐπάγεται τὸ ἀπὸ τοῦ πράγματος ῥῆμα. ὡς τὸ, ὕβριν ὑβρίζεις, καὶ, φυγὴν φεύγεις. Quae ipsa etiam leguntur iisdem verbis in *Corintho* περὶ διαλέκτων, post initium. Ad haec praestantissimus Grammaticorum *Theodorus Gaza* εἰσαγωγῆς lib. IIII. plagula P. pag. 1. editionis Florentinae, quae ex aedibus Philippi Iuntae anno MDXV. incredibili elegantia prodiit, ad τὰ ἐπιβατικὰ refert, ita praecipiens: Εἰλήφθω δὲ καὶ τὸ μάχομαι μάχην, καὶ ζῶ ζωήν, καὶ δουλεύω δουλείαν, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ὡς ἐπιβατικά. Transiit hoc σχῆμα ad Romanos, e quibus *Iulius Rufinianus* libro de schematis lexeos inter illas figuras, quae *mire orationi decus ornamentumque tribuunt*, vt pag. 112. dixerat, collocat etiam pag. 117. *Figuram per pleonasmon, vt, mortem occumbere, & obire diem, & viuere vitam, & pugnare pugnam, & ire iter, & oculis videre, & Voce vocans Hecaten. Et, Hunc oro sine me furere ante furorem. ac si qua sunt talia.* Neque minus frequenter Latinos sic loqui, quam Graecos, nubes exemplorum docere poterit inscios & dubitantes apud *Dan. Vechnerum* in Hellenolexia lib. II. cap. 22. pag. 198. 199. 200. & *Philippum Carolum* animaduersionibus in noctes Atticas A. Gellii IX. 9 pag. 390. Verissime igitur pronuntiauit *Salmasius* commentario de Hellenistica pag. 139. *Furere furorem*, μανίαν μαίνεσθαι, λῆρον ληρεῖν, *non magis Graecorum, & quidem Atticorum, Latinorumque, quam Hebraeorum Syrorumque communia.*

ΑΝΗΡ, *Vir.* Et hoc saepius παρέλκει, in adlocutione ἄνδρες Ἰσραηλῖται Act. II. 22. III. 12. V. 35. XIII. 16. XXI. 28. ἄνδρες Νινευῖται Matth. XII. 41. qui ipsi Luc. XI. commate 30. Νινευῖται nominantur, non addito ἄνδρες, item in ἄνδρες Γαλιλαῖοι Act. I. 11. ἄνδρες Ἰουδαῖοι Act. II. 14. ἄνδρες Κύπριοι καὶ Κυρηναῖοι ibid. XI. 20. ἄνδρες Ἔφέσιοι XIX. 35. quod posterius apud *Achillem* quoque *Tatium* lib. VII. p. 431. reperitur; estque haec figura in adlocutionibus frequentissima, & apud Atticos oratores vsitatissima formula ἄνδρες Ἀθηναῖοι, quam Paullus non neglexit in sermone ad Athenienses habito Actuum Apostol. XVII. 22. quemadmodum apud oratores aeque ac historicos obuium est, ἄνδρες Ῥωμαῖοι, ἄνδρες δικασταί. Adhibetur porro in ἄνδρες ἀδελφοὶ Act. I. 16. II. 29. 37. VII. 2. XIII. 15. 26. XV. 7. 13. XXII. 1. XXIII. 6. XXIX. 17.

nec

nec non ſequente adiectiuo nomine, veluti ἀνὴρ προφήτης Luc. XXIII. 19. quae ſatis nota ſunt, & comprobata exemplis ſcriptorum exterorum, quibus e noſtro cenſu, quum multos poſſemus, paucos tamen admetiemur. Ἀνὴρ ἰδιώτης, & ἀνὴρ ῥήτωρ in *Aeſchinis* orat. contra Cteſiphontem pag. 310. A. ἀνὴρ ἐχθρὸς in *Arriani* hiſt. Alex. M. V. 18. pag. 348. φιλόσοφος ἀνὴρ in S. *Baſilii* magni oratione ad iuuenes cap. 8. & ἀνὴρ ποιητὴς ibid. cap. 9. ſub initium, ἀνὴρ Κορίνθιος in *Palaephato* cap. 7. ἀνὴρ Θηβαῖος cap. 8. ἀνὴρ Μιλήσιος cap. 19. ἀνὴρ Θετταλὸς cap. 24. Φρύγιος ἀνὴρ cap. 29. ἀνὴρ Κυρηναῖος cap. 32. ἀνὴρ Μυκηναῖος cap 40. ἀνὴρ ἁλιεὺς *Piſcator* cap. 28. ἀνὴρ ἐπίτροπος τῶν χρημάτων *curator bonorum* cap. 31. pag. 134. ἀνὴρ φυγὰς *exſul* cap. 32. pag. 142. ἀνὴρ βασιλεὺς cap. 38. ἀνὴρ οἰκέτης, *ſeruus*, & ἀνὴρ ξένος, *peregrinus*, in *Antonini Liberalis* fabula 41. pag. 200. & 202. ἀνὴρ γεωργὸς in *Theophylacti Simocattae* epiſtola 23. & 31. verſus finem, ἀνὴρ ἐπίφθονος epiſt. 8. ἀνὴρ συκοφάντης epiſt. 50. ἀνὴρ πρεσβύτης epiſt. 60. ἄνδρες πολέμιοι in eiuſdem hiſtoriae Mauricianae I. 15. pag. 81. ἄνδρες θεαταὶ IIII. 4. ἄνδρες σατράπαι eodem libro & capite pag. 201. ἄνδρες διδάσκαλοι in eiuſdem quaeſtion. natural. pag. 13. μάγοι ἄνδρες in *Philoſtrati* vita Apollonii Tyanenſis I. 32. pag. 42. ἄνδρες φιλόσοφοι in *Strabonis* Geograph. lib. I. ab initio, deprehenduntur. In Poetis etiam, ne illos plane prorſus omittamus, talia inuenias. In *Homeri* Iliad. B. 474. & Δ. 275. αἰπόλοι ἄνδρες, in *Theocriti* Idyll. A. 86. ἀνέρες ἑταῖροι, in *Euripidis* Supplic. v. 445. & 495. ἀνὴρ βασιλεὺς, item ἀνὴρ ἔχθιστος in *Sophoclis* Aiace flagellif. v. 1401. & v. 1432. φίλος ἀνὴρ proſtant. Multos huiuſmodi pleonaſmos, ſe inuicem excipientes, habes in *Menandri* fragmentis, magno cum ſtudio collectis a ſummo & prorſus incomparabili viro, Hugone Grotio, & in corpus Excerptorum ex Tragoediis & Comoediis Graecis p. 1761. relatis;

Ὅταν εἰδέναι θέλῃς σεαυτὸν ὅστις εἶ,
ἔμβλεψον εἰς τὰ μνήματ' ὡς ὀδοπορεῖς.
Ἐνταῦθ' ἔνεστιν ὀστέα καὶ κούφη κόνις
ἀνδρῶν βασιλέων καὶ τυράννων ἠ σοφῶν,
καὶ μέγα φρονούντων ἐπὶ γένει ἢ χρήμασιν.

Legendus praeterea est de hoc pleonasmo celeberrimus *Io. Christoph. Wolfius* in Curis Philologicis & Criticis ad Actor. I. 11, pag. 1007. Potissimum vero obseruandus est locus in Actor. IIX. 27, ἀνὴρ Αἰθίοψ εὐνοῦχος, de quo ita censet *Moses Solanus*, Gallus, dissertatione de stilo N.T. inserta syntagmati Iac. Rhenferdii pag. 309. *Quid dicemus de hac phrasi, cum videbimus praedicari illud ἀνὴρ de Eunucho? An Graecos putabimus vsurpasse vocem ἀνὴρ de iis loquentes? Non putem. De Potiphare quid dicatur, scio; sed nihil hoc ad rem. Scio etiam ἀνὴρ esse aliquando nomen sexus, aliquando aetatis; neque tamen de Eunucho praedicari, nisi exempla videro, adduci possum vt credam.* Sane *Suidas* tomo I. pag. 899. ad vocem Εὐνοῦχος haec adnotauit: Ἀνήρ τις, (εἰ δοίημεν αὐτὸν ἄνδρα εἶναι) διὰ τῶν Ἐπικούρου λόγων τὴν ψυχὴν ἐκνευρισθεὶς, καὶ θῆλυς γενόμενος, ὁ χλούνης τε καὶ γύννις, K.T.E. *Eunuchus vir quidam erat, (si demus eum esse virum) Epicuri philosophia eneruatus, & effeminatus, idemque eunuchus & semiuir*, ex versione Latina Aemilii Porti per *Ludolphum Kusterum* emendata, qui in notis addit: *fragmentum hoc Kuhnius ad Aelianum refert.* Et recte quidem, mea ex opinione, quamuis *Iac. Perizonius* ad hoc ipsum Aeliani fragmentum scribere non dubitauerit pag. 952. *Cur Aeliano haec & multa alia tribui debeant, nullam video rationem.* Iugulet hancce controuersiam *Eustathius* ad Iliad. IX. 535. pag. 772. auctorem palam nominans, Aelianum scilicet, librumque eius de Prouidentia. Verba sunt: ὅτι δὲ καὶ ἐντομίαν ὁ χλούνης δηλοῖ, οὐ μόνον Αἰσχύλος δίδωσι χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ Αἰλιανὸς μάλιστα, ἐν τοῖς περὶ προνοίας, Χλούνην λέγων τὸν ἀπόκοπον. Verum de hoc pleonasmo sat dictum, quem continuo protinus excipiet ei plane geminus.

ΑΝΘΡΩΠΟΣ, *Homo.* Πλεονάζει hoc nomen in ἐχθρὲς ἄνθρωπε Matth. XIII. 28. in ἄνθρωποι ποιμένες Luc. II. 15. in ἄνθρωπε κωφὸς Matth. IX. 32. in ἄνθρωπε βασιλεὺς XVIII. 23. XXII. 2. in ἄνθρωπε οἰκοδεσπότης Matth. XX. 1. XXI. 33. aliisque. De quo pleonasmo sequentem fert sententiam *Beza* ad Lucae l. cit. *Appositio est speciei ad genus, pro quo dicunt Hebraei* אנשי הרועים *quod dicendi genus imitantur quidem interdum Graeci & Latini, vt alibi obseruauimus, sed raro. Itaque veterem interpretem secutus, praetermisi*

termisi οἱ ἄνθρωποι, *tanquam redundans.* Neque aliter *Hammondus* ad Matth. XIII. 28. *Est*, inquit, *Ebraismus*, *qualis* Esth. VII. 6. *Homo aduersarius est iste pessimus Haman*; ad quem fere accedit *Io. Clericus*, subnectens: *Est quidem forte* ἐχθρὸς ἄνθρωπος *Ebraismus.* Paullo melius iudicat Cl. *Wolfius* ad Luc. V. 8. *Ostensum est, profanos quoque scriptores vocem* ἄνθρωπος *adiectiuis eiusmodi iungere solere, a quibus commode abesse potuisset.* Manifesto *Libanius* ait in oratione aduersus illos, qui eum adpellabant molestum pag. 180. Ἕτερα μὲν γὰρ εἴρηται πολλὰ, ψευδῆ μὲν αὐτὰ, καὶ παρ' ἀνθρώπων ἐχθρῶν. *Demosthenis* aliorumque testimonia pete ex Cl. Praesidis mei obseruationum sacrarum lib. I. pag. 59. seq. iisque iunge aliud *Demosthenis* ex orat. contra Dionysodorum pag. 741. A. πῶς γὰρ ἂ τολμηρὸν, εἴ τις ἄνθρωπος δανεισάμενος χρήματα, & *Horapollinis* II. 85. ἄνθρωπον βασιλέα, qui eodem libro secundo hunc pleonasmum saepissime frequentauit, & *Longi* Pastoralium libro IIII. pag. 138. ἀνθρώπους γεωργοὺς, & *Apostolii* centuria XX. prouerbio 15. pag. 254. ἄνθρωπον γυναῖκα, & quae modo ad vocem Ἀνὴρ allata sunt, ac speciatim ἀνὴρ ἐχθρὸς, ἔχθιστος, ἐπίφθονος. Latinos scriptores ad eundem modum dicere *homo nugator*, *homo augur*, *homo seruus*, *homo histrio*, *homo fabulator*, indicauit *Vechnerus* citato paullo ante opere pag. 114.

ΑΠΕΛΘΩΝ, *Abiens.* Primus, quod equidem sciam, animaduertit huius participii pleonasmum, insignis Graecarum litterarum amplificator *Iac. Perizonius* in responsione secunda ad notitiam secundam pag. 78. eumque potissimum ex Matth. XXV. 18. ἀπελθὼν ὤρυξεν ἐν τῇ γῇ, & commate 25. ἀπελθὼν ἔκρυψα, nec non ex capite XXVII. 5. ἀπελθὼν ἀπήγξατο, comprobat, ita tamen, vt censeat, *emphaticam* esse *illius participii significationem, quum ceteroquin ipsum verbum nihil notet festinationis. Neutiquam autem* (Perizonium audis adhuc verba facientem) *semper vocabula in summa sua emphasi sunt accipienda aut exponenda, nedum vt inde sine vllo alio argumento certus rerum, eodem tempore gestarum, ordo constitui - - possit, aut in alium sensum praeter interpretandi normam inuerti debeat.* In cuius sententiam V. C. *Georg. Raphelius* migrauit in adnotatis Polybianis ad Matth. XXVII. 5. p. 102.

&

& haec praeterea contulit: *His ipsis verbis vtitur Epictetus apud Arrianum lib. I. cap. 2. pag. 9. lin. 1.* Τὸ δ' ἀπάγξασθαι οὐκ ἔστιν ἀφόρητον. Ὅταν γὰρ μάθῃ τις, ὅτι εὔλογον, ἀπελθὼν ἀπήγξατο. Suffocari laqueo, non est intolerabile. Si ergo quis didicerit, rationi conueniens esse, abiens se suspendit. *Vbi* ἀπελθὼν *videtur per quendam linguae graecae idiotismum fere abundare, nihilque ad sententiam ipsam magnopere facere.*

ΑΥΤΟΣ, *Ipse.* Cui vero hic non innotuit pleonasmus, quo nullus est in sacris libris frequentior? Videantur Matth. IIII, 16. XXI, 41. XXV, 29. XXVI, 70. Marc. I, 7. V, 2. IX, 28. Luc. XIX, 26. Ioan. XV, 2. XIIX, 2. Act. VII, 21. XV, 17. 1. Corinth. VI, 4. VII, 10. Apocal. VII, 7. & 17. Ad Ebraismos haec talia reiiciunt *Leusdenius* in Philologo Ebraeo Graeco dissert. XV. §. 4. *Io. Vorstius* de Ebraismis N. T. parte II. cap. 27. pag. 128. *Nortonus Knatchbull* ad 1. Corinth. VI, 4. & *Io. Olearius* de stilo N. T. p. 55. Nonnulli ad purgandam ab Ebraismi suspicione locutionem proferunt locum ex *Thucydide*, ac thesaurum se inuenisse existimant, quum tamen illum hauserint ex *Glassii* Grammatica sacra lib. III. tract. 2. canone 25. quo relatiuum suo substantiuo postpositum considerans, variaque sacrorum librorum loca congerens, tandem addit: *Tale est illud Thucydidis:* τῷ δὲ Ἱπποκράτει ὄντι περὶ τὸ Δήλιον ὡς αὐτῷ ἠγγέλθη. *Hippocrati vero apud Delium versanti, vt ipsi nuntiatum est*; ipse vero Glassius eum petierit ex *Henr. Stephani* thesauro linguae Graecae tomo I. col. 602. cuius verba sunt: *In vulg. lex. annot. hoc pronomen* αὐτὸς *in sacris libris nonnunquam abundare, figura Hebraica, vt quum dicitur* ὃν ἔχρισεν αὐτὸν - - *At ego exemplum* αὐτῷ *abundantis (nisi ego valde fallor) ex ipso Thucydide proferam. Is libro* 4. *p.* 151. *ita scribit,* τῷ δὲ Ἱπποκράτει ὄντι πρὸς τὸ Δήλιον, ὡς αὐτῷ ἠγγέλθη ὅτι Βοιωτοὶ ἐσέρχονται, πέμπει τὸ στράτευμα. Haec magnus ille Henricus, cuius obuersabatur animo locus in Act. X, 38. occurrens, vbi tamen plerique codices legunt, ὡς ἔχρισεν αὐτὸν, pauciſſimi ὃν ἔ. α. Neque vero vnum hoc Thucydidis exemplum, sed multa quoque & alibi aliorum habemus, quae CL. Praeses & in adnotatis ad S. Basilii M. orat. ad iuuenes pag. 41. & in obseruat.

seruat. sacr. lib. I. pag. 71. attulit; vbi & Thucydidis locus, indicio H. Stephani subministratus, iam pridem comparuit. Quibus addere nunc liceat *Pausaniam* in Corinthiacis cap. 4. pag. 121. de duobus Isidis fanis in Acrocorintho conspicuis dicentem: ὧν τὴν μὲν Πελαγίαν, τὴν δὲ Αἰγυπτίαν αὐτῶν ἐπονομάζουσιν. *Palaephatum* cap. 20 ἔλεγον ὅτι οἱ ἄνθρωποι, Κόττῳ, καὶ Βριάρεως, καὶ Γύγης, οἱ ἑκατονταχειρες, βοηθήσαντες τοῖς θεοῖς, αὐτοὶ ἐξήλασαν τοὺς Τιτᾶνας ἐκ τοῦ Ὀλύμπου, vbi οἱ & αὐλοὶ se excipiunt; & *Dionem Chrysostomum* initio orationis LXIX. Φέρε, εἴ τινος ἀκούεις λέγοντος, ὅτι βούλεται γεωργεῖν, μηδὲν δὲ πρὸς τοῦτο πράττοντος ἀρῴης αὐλὸν, & *Parthenium* περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων cap. 2. pag. 347. τῷ δὲ ἄρα καὶ αὐτῷ ἦν ἡ μόνη ἡδομένη, & *Aelianum* cum in historia animalium IIII. 23. Καρπὸν — εἰ δοίης πιεῖν τοῖς ἀλόγοις αὐλὸν, & eodem libro cap. 40. κύνα δὲ ποδαγρῶσαν σφοδρῶς ἀναῤῥωσθέντα ὄψεις αὐτὴν, tum in varia historia I. 29. Καὶ δὴ καὶ σημεῖον τοῦτο τῷ Νικίᾳ τὴν τυραννίδα τὴν μέλλουσαν αὐτῷ μαντεύσασθαι, vbi post nomen proprium sequitur relatiuum; & *Antoninum Liberalem* fabula 27. Θησέως καὶ Ἑλένης τῆς Διὸς ἐγένετο θυγάτηρ Ἰφιγένεια, καὶ αὐτὴν ἐξέτρεφεν ἡ τῆς Ἑλένης ἀδελφὴ Κλυταιμνήστρα, & *Polybium* X. 3. pag. 804. ὁ δὲ Πόπλιος ἀνελπίστως σωθεὶς, πρῶτος αὐτὸς τὸν υἱὸν σωτῆρα προσεφώνησε. Adi etiam *Perizonium* ad Aeliani XII. 52. *Erasmum Schmidium* ad Matth. V. 40. clar. *Raphelium* ex Xenophonte ad Matth. IIII. 16. *Horatium Vitringam* aduersus Io. Vorstium pag. 237. seq. qui magnum abundantis huius pronominis auctorum numerum indicant. Etiamque Romanos eam pronominis repetitionem non fastidire, notauit *Desiderius Heraldus* ad Tertulliani apologeticum pag. 112. quem sequitur *Sam. Bochartus* Geogr. S. parte 2. lib. II. cap. 16. pag. 850. Nonnunquam hoc pronomen nostrum cum alio iungitur pronomine, vti Luc. II. 35. σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν *tuam ipsius animam*; quomodo & *Lucianus* ait in Timone pag. 164. σοῦ δὲ αὐτοῦ χάριν ἐσάλην. cui respondet hoc *Plutarchi* in apophthegm. Lacon. pag. 215. αὐτοὺς ἡμᾶς - - τὰς αὐλῶν ἁμαρτίας φέρειν, & in vita Luculli p. 506. A. Σὺ δ' αὐτὸς, ὦ Μητρόδωρε, τί μοι περὶ τούτων παραινεῖς; Quandoque αὐτὸ & τοῦτο simul ponuntur, prout factum est in litteris ad Galatas II. 10. & verbis ὃ καὶ ἐσπού-

δασα

δασα αὐτὸ τῦτο ποιῆσαι, in quibus tria concurrunt pronomina, quorum primum ad integritatem textus facit, duo reliqua ἐμφάσεως χάριν adiecta sunt. Nihilo secius Ebraismum heic latere arbitratur *Hugo Grotius*, eo quod *Ebraei post relatiuum* אשר *addant pronomen demonstratiuum rei aut personae*, cui subscribunt leuioris quidam armaturae milites, quos huc euocare haud placet. Sed bene est, quod αὐτὸς ἕτερος iunctim posuerit *Demosthenes* oratione contra Dionysidorum p.740. C. καὶ ὁ πάντων ἐστὶ δεινότατον, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὅτι αὐτὸς μὲν ἕτερος παρ' ἑτέρων εἰσπράττει ναυτικὰς τόκους. & *Sallustius* philosophus libro de Diis & mundo, capite 20. ineunte, Αἱ δὲ μετεμψυχώσεις - - αὐτὸ τῦτο ψυχαὶ γίνονται τῶν σωμάτων, & S. *Basilius* magnus oratione indicata cap. 1. pag. 8. τῦτο μὲν ἓν αὐτὸ καὶ ξυμβουλεύσων ἥκω. quod omnino signanter dictum est.

V.

ΒΛΕΠΩΝ, *videns*. Quod participium proprio suo verbo adiectum aliquando cernimus, Matth. XIII. 3. βλέποντες οὐ βλέπουσι, vbi & aliud exemplum ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσι. Denuo in Actis XXIIX. 26. βλέποντες βλέψετε, nec non ἰδὼν εἶδον ibid. VII. 35. Etiam ab hac phrasi stribliginem absterfit *Horat. Vitringa* animaduersionibus in Io. Vorstium pag. 244. seq. producens Aeschylum & Demosthenem simili pacto loquentes, & *Io. Clericus* ad Hammondum in Marc. IIII. 12. probe simul innuens, habere hanc locutionem quiddam παροιμιῶδες, & *Iac. Perizonius* ad Sanctii Mineruam IIII. 3. pag. 540. emphaticam intensionem significationis hic adgnoscens. Nos adiungimus incerti Graeculi versum in *Hug. Grotii* excerptis ex Tragoediis & Comoediis Graecis pag. 939.

ὁ γραμμάτων ἄπειρος οὐ βλέπει βλέπων,

Illitterata vita cum oculis caecitas.

Et *Plutarchum* de puer. instit. cap. 24. qui patres iubet conniuere aliquando ad liberorum delicta, ὡς ἔνια τῶν πεπραγμένων ὁρῶντας μὴ ὁρᾶν, καὶ

καὶ μὴ ἀκοὴν ἀκοόντας, & cum eo *Lucianum* noſtrum dialogo Menelai & Protei pag. 245. vbi ad Protei quaeſtionem, ἦ οἶδα, ὦ Μενέλαε, τίνι ἂν ἄλλῳ πιστεύσειας, τοῖς σεαυτοῦ ὀφθαλμοῖς αὐτοῖς; Menelaus regerit: ἰδὼν εἶδον, ad quem locum euoluendus eſt clariſſimus *Tiberius Hemſterhuis*, qui cum ſuauiſſimo iſto ſcriptore familiaritatem dudum contraxit. Sed nec *Pauſanias* hoc neglexit ſchema, in Corinthiacis cap. 32. pag. 187. οἰκίαν ἰδὼν οἶδα Ἱππολύτου, ac in Boeoticis cap. 32. p. 775. ἃ δὴ καὶ εἰκόνα ἰδὼν οἶδα ἐν Πρυτανείῳ τῶν Ἀθηναίων, ſcribens. Si quis & hoc *Sophoclis* ex Aiace flagellifero v. 750.

Βραδεῖαν ἡμᾶς ἆρ' ὁ τήνδε τὴν ὁδὸν
πέμπων ἔπεμψεν — — —

nec non hoc ἀδεσπότου Geographi Graeci, ab Iac. Gothofredo editi, ex initio deſcriptionis antiqui orbis, ποταμὸς ἐξερχόμενος ἐξέρχεται ἐν τοῖς ὄρεσι, in cumulum addere velit, per nos, licet, faciat.

VI.

ΓΗ, *terra.* Apud Euangeliſtam Ioannem III. 22. Ἰουδαία γῆ, apud Actuum Apoſtolicorum ſcriptorem VII. 30. γῇ Μαδιάμ, ibidemque commate 37. & 41. γῆ Αἰγύπτου, pro ſimplici Ἰουδαία, Μαδιάμ, Αἴγυπτος, ponitur, non ex Ebraiſmo, vel nouo quodam dicendi genere, ſiquidem nec Graecos nec Romanos ab eo abhoruiſſe docuit Cl. Praeſes obſeruat. ſacr. lib. II. pag. 137. ſeqq. ac poſtmodum deinceps praeſtantiſſimus *Io. Chriſtoph. Wolfius*, & *Iac. Elſner*, ille in curis Philolog. ad Euangelia pag. 820. hic in obſeruat. ſacr. tomo I. pag. 302 Addimus *Apoſtolium* centuria decima prouerbio 13. οἱ γὰρ ἐν τῇ Μαυρουσίᾳ γῇ πίθηκοι, κ. τ. λ. De Latinis audiamus *Ioſiam Mercerum* ad Dictyn Cretenſem, & haec illius verba: *medicinae artis*, hoc modo commentantem pag. 197. *Ita diſerte libri noſtri, non* medicae. *Sic terra Italia, mulier meretrix, ſenecta aetas, & alia eiuſmodi.*

VII.

ΕΑΥΤΟΥ, *Sui ipſius.* Non in ſecundo tantum, ſed etiam ter-

 tio,

tio, quartoque casu, redundat hoc pronomen, si fides habenda *Hug. Grotio* in epistolam S. Iacobi II. 17. confidenter scribenti: *Illud* καθ' ἑαυτὴν *in semetipsa hic* πλεονάζει, *vt* ἐφ' ἑαυτὸν *Matth. XII. 26.* ἐν ἑαυτῷ *Matth. XIII. 21.* ἀφ' ἑαυτῆ *Ioann. XV. 4.* ἐν ἑαυτοῖς *Rom. I. 24. & multa passim similia. Itaque mox pro eodem simpliciter dicitur* νεκρά ἐστι *mortua est.* Haec vir iste illustris.

ΕΙΣ, *Vnus.* Eleganter abundat sequente τὶς Marci XIIII. 47. & 51. Luc. XXII. 50. Ita *Homerus* Iliad. A. 144. εἴς δέ τις ἀρχὸς ἀνὴρ βυληφόρος ἔσω. *Hesychius* libello περὶ σοφῶν pag. 17. ζητυμένυ δὲ, ϗ τῶν οἰκετῶν ἀναχρυνομένων, ϗ φασκόντων μὴ εἰδέναι, εἴς τις ἔφη, κ. τ. λ. *Longus* pastoralium lib. II. pag. 58. εἴς δέ τις ϗ κυνόδεσμον ἁρπάμενος, περιῆγε τὰς χεῖρας, ὡς δήσων. *Alciphron* lib. III. epist. 66. pag. 440. εἴς τις εἰς μέσυς παρελθών. *Porphyrius* de vita Plotini cap. XI. ὅτος ἔφη ἐστὶν ὁ κεκλοφὼς, δείξας ἕνα τινά. *Theon* Alexandrinus sophista in progymnasm. cap. 4. pag. 59. & 60. ὑποθησόμεθα - - ἕνα τινὰ παροινοῦντα, quod simpliciter postea pag. 61. effert: ὑποθώμεθά τινα. *Synesius* de prouidentia pag. 90. C. ἔργον ἦν Αἰγύπτιον εὑρεῖν ἄνθρωπον, ᾧ μὴ ἔν γέ τι ἀγαθὸν παρὰ τὸ πατρὸς ἐπεπόριστο τὸ μειράκιον, & pag. 113. A. τοῦτο εἴς τις ἐποίει. Ac mox: ἐγένετο δέ τις εἷς ἐμβριθής. *Hierocles* in extremo commentarii ad aurea carmina, νόμος ἦν - - ἀκροᾶσθϗ τούτων τῶν ἐπῶν, - - ἐνόστινος ὑπεναγινώσκοντος. *Aesopi* fabula, ἁλιεῖς inscripta pag. 114. εἷς δέ τις ἐν αὐτοῖς πρεσβύτερος εἶπε. Alius eiusdem μῦθος, titulo ξυλευόμενος ϗ Ἑρμῆς insignitus pag. 144. ὁ δὲ παραγενόμενος, πάντα τοῖς ἑταίροις τὰ συμβάντα διεξελήλυθεν, ὧν εἷς τις τὰ ἴσα διαπράξασθϗ ἐβουλεύσατο. *Maximus Planudes* in vita istius fabulatoris pag. 54. τοῦτον δὲ εἷς τις εἰσιὼν - - ἄρας μετέθηκεν. Octo interpositis versibus: εἷς δέ τις πρὶν προσπλαῦσαι. Et pag. 76 Αἴσωπος δὲ μὴ παιδοποιησάμενος, ἕνα τινα τῶν εὐγενῶν, Ἔννον τὴν κλῆσιν, εἰσεποιήσατο. Rursus denuo pag. 88. Τῇ δὲ ἑφεξῆς ἡμέρᾳ συγκαλέσας τὺς φίλυς ἅπαντας ὁ Νεκτεναβώ, φησι, διὰ τὸν Αἴσωπον τοῦτον ὀφλήσομεν φόρυς τῷ βασιλεῖ Λυκήρῳ. εἷς δέ τις αἰτῶν εἶπε. *Arrianus* de rebus Alexandri Magni lib. V. pag. 327. ὅτε δὲ μία τις τῶν νεῶν ἅμα δὴ ἐχέθη, ϗ ἄλλη εἰπὸ ταύτης.

ΕΙΩΣ,

ΕΙΔΩΣ, *Cognoſcens.* Sunt nonnullae N.T. editiones, quae comma tertium in Actor. XXVI. ita nobis repraeſentant: Μάλιστα γνώστην ὄντα σε εἰδώς, vbi εἰδώς, quoniam ſuperuacuum omnino viſum fuit, omiſſum eſt in editionibus *Curcellaeana*, *Milliana*, *Gregoriana*, & *Genenenſi*, quae cum adnotatis Ioſ. Scaligeri anno 1620. typis excuſa eſt, porro in *Elzeuiriana* Amſtelodami 1670. publici iuris facta, in *Wetſteniana* an. 1711. edita, in *Pritiana*, *Tigurina*, an 1708. *Francofurtana ad Moenum* anno 1693. nec non *Eraſmiana*, quae ex officina Frobeniana an. 1519 fol. prodiit, & quae hanc ſubſecuta eſt *Hagenoenſi* per *Nic. Gerbelium* an. 1521. & *Commeliniana* an. 1599. *Leuſdeniana* Amſtelodamenſi an. 1688. *Winckleriana* Luneburgenſi an. 1693. Oxonienſi 1675. in 8uo. aliiſque compluribus adhuc. Vnde participium εἰδώς eo in loco inſitiuum eſſe & reiiciendum arbitratur *Iac. Gronouius* ad Arrianum de exped. Alex. Magni libr. V. 20. pag. 222. quod nemo equidem magnopere mirabitur, qui ingenium viri ex ſcriptis eius cognouerit. Sed Theologum, cuius laboribus in libros N.T. impenſis multum debet aetas haec noſtra, ad verba iſta, μάλιστα γνώστην ὄντα σε, ſic fuiſſe commentatum: *Haec σολοικοφανῆ viſa ſunt nonnullis poſt* Camerarium, *cum non reſpondeant phraſi* ἐπὶ σοῦ. *Atque hinc procul dubio factum eſt, vt nonnulli vel ex ingenio, vel ex Actor. XXIIII.* 10. *vocem* εἰδὼς *vel* ἐπιστάμενος *adiicerent; quod miror tot aliis codicibus & verſionibus aduerſantibus, acceptare potuiſſe* Eraſmum Schmidium *in Notis ad h.l.* id vero maiorem forſitan excitabit apud non paucos admirationem. Si gentilium ſcriptorum aliquis emaculandus nunc eſſet, lubentes in viri doctiſſimi concederemus ſententiam, & hunc ei pleonaſmum relinqueremus, immo verbum integrum ex profano auctore tollere non admodum dubitaremus; quia vero res nobis eſt cum diuino ſcriptore, abſit per omnem modum, vt nos tam faciles praebeamus. Adſunt enim praeſidia, queis defendi ille, ac haec etiam ῥῆσις eius, poterit. Quare perinſignem Philologum, *Er. Schmidium*, hic nobis ducem eligimus, verba ſic, prout parerat, collocantem: ἤγημαι ἐμαυτὸν μακάριον - - - εἰδὼς σὲ γνώστην ὄντα πάντων. Atque hic quidem naturalis eorundem eſſet ſitus; facta vero eſt σύγχυσις quaedam, non aliena ab hiſce libris

 noſtris,

noſtris, ſed in Matthaeo XII. 14. Ioanne XVI. 21. Act. XIII. 27. XVI. 3. ac alibi non minus luculenter, quam heic loci, deprehendenda. Neque traiectio tantum hic conſpicitur, ſed etiam tranſitus ab accuſatiuo caſu ad primum, qui probatiſſimis auctoribus vſitatiſſimus eſt; quod ſine labore, ſi quidem neceſſitas exigeret, comprobare poſſemus. Fauet quoque huic lectioni antiquiſſimus codex Alexandrinus, cuius praepollentem auctoritatem venerantur omnes, qui reuerenter, & natiua verborum ſimplicitate, nobis textum ita exhibet: Μάλιϛα γνώϛην ὄντα ϲε πάντων τῶν κατὰ Ἰουδαίων ἐθῶν τε καὶ ζητημάτων ἐπιϛάμενος, ac perquam elegan ter ἐπιϛάμενος, quod idem eſt cum εἰδὼς, ad finem reiicit. Fauent ali i ſi non adeo multi, optimae tamen notae, libri manu deſcripti apud *Millium*; fauet *Eraſmus Roterodamenſis*, qui εἰδὼς etſi non diſerte exprimatur, ſubaudiendum nihilominus eſſe, ſuadet; fauent codices a *Beza* in conſilium adhibiti, quorum vnus noſtrum εἰδὼς, alter ἐπιϛάμενος exhibebat, ac eo perducebat ſolertiſſimum Bezam, vt religioni ſibi non duxerit, ſic interpretari locum noſtrum: *Maxime quod te gnarum eſſe ſciam omnium* &c. fauet *Oecumenius*, qui optimos euoluit codices Graecos & correctiſſimos, ac ſimiliter legit pag. 101. μάλιϛα γνώϛην ὄντα ϲε πάντων τῶν καλὰ Ἰουδαίους ἠθῶν τε καὶ ζητημάτων ἐπιϛάμενος. Fauerent etiam ſanctorum Patrum Graecorum teſtimonia quaedam, ſiquidem in ſcriptis ſuis, occaſione ſuborta, hunc allegaſſent locum; ſed & anſa defuiſſe videtur hunc adducendi textum, & vix quiſquam nominari poterit eccleſiae antiſtitum, illo qui vſus fuerit, quemadmodum ex vltimis capitibus Actuum Apoſtolorum raro illi vnum alterumue adducunt comma, quod fatebuntur nobiſcum, qui in eorum lectione non ſunt hoſpites. Niti adhaec licet verſionibus quibuſdam, ac nominatim ex vetuſtioribus Syriaca, quae cum bonitatis tum antiquitatis laude multis eſt commendatiſſima, ex recentioribus autem Belgica inprimis, iuſſu Hollandiae ordinum edita an. 1654. in folio maximo, Anglicana Londinenſi 1673. in 8uo. Gallica per doctores Geneuenſes reuiſa, Amſtel. 1635. 8uo. Itala Io. Diodati, an. 1607. 4to. & Latina Imman. Tremelli, Hanouiae 1624. fol. excuſa. Rectius proinde fecerunt, noſtro equidem iudicio, qui dubiam lectionem & vocem εἰδὼς retinue-

runt,

runt, quod factum est ab *Ioanne Pricaeo* in commentariis ad varios N.T. libros, Londini 1660. nitidissime editis, & in Graeco Latina editione librorum Noui Foederis, quae *Theod. Bezae* versionem & breues eiusdem adnotationes sistit, ac in octaua forma, vt vulgo loquuntur maiore, typis est excusa anno 1604. absque adnotatione loci; nec non in editione *Henr. Stephani* eodem an. 1604. minore librorum forma inlucem emissa, in *Giessensi* minore, anno huius saeculi quinto publicata, & in praestanti illa *Roberti Stephani*, an. 1550. excusa, & Francofurti Wechelianis typis recusa an. 1601. forma augusta, & quae ad septem supra decem codices scriptos diligentissima cura est collata. Nam licet quamuis non in textum ipsum admiserit εἰδὼς illa editio : ad oram tamen adposuit, bono quidem certe consilio, quod sequi debuissent editiones omnes. Ac secutae profecto sunt *Giessensis* maior, anno 1669. peruulgata, & *Sam. Crispini*, minore forma librorum impressa anno 1617. aliaeque.

IIX.

ΗΜΕΡΑ, *Dies.* Existimatur in phrasi notissima ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, item ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδε Matth. II. 1. Luc. I. 5. pleonasmus esse Ebraicus, non repugnante celeberrimo *Wolfio* in curis Philologicis pag. 26. & 49. ac *Mose Solano* in dissert. de stilo N. T. pag. 310. seq. qui accuratius prae aliis in locutionem illam inquisiuit. Quin & προβαίνειν ἐν ταῖς ἡμέραις Luc. I. 7. vice simplicis προβαίνειν, pari ex Ebraismo redundante profluxisse, sunt qui arbitrantur, ad quos accedit laudatus modo *Wolfius* pag. 554. cuius adscribere verba non piget : *Hebraismum*, inquit, *hic recte agnoscit Vorstius - - non quidem in voce* προβεβηκώς *quae eodem sensu ab Auctoribus frequentatur, sed in addito* ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν, *cui respondet Hebraica phrasis* בא֣ים בימ֑ים Genes. XIIX. 11. *Neque video, viros doctos* Hombergium *in Parergis pag.* 114. & Raphelium *in Notis Polybianis & Xenophonteis ad h. l. quidquam attulisse, quod totam illam locutionem, tanquam pure Graecam, vindicet.* Ceterum vocem nostram aliquando apud scriptores eleganter Graecos πλεοναζειν, vel ex vnico elegantissimi *Alciphronis* testimonio manifestum erit, εὐημερίας ἡμέραν nominantis lib. I. epist. 21. pag. 82.

IX.

IX.

ΘΑΝΑΤΟΣ, *Mors.* Quod vocabulum in Apocal. II. 23. ἀποκτενῶ ἐν θανάτῳ redundare pronuntiat *Theodorus Beza*, & poteſtatem ſimul eius paucis exprimit: *Hebraicus pleonaſmus: cuius tamen maxima eſt emphaſis, ac ſi diceret: Internecione delebo.* Confer, quae ſupra ad vocem Λοιμὸν ſcripta ſunt. Magnus vero *Grotius* per τὸν θάνατον, eo quidem in loco, *peſtilentiam* denotari ſtatuit, quae κατ' ἐξοχὴν vocetur θάνατος, idemque ſentiunt *Io. Druſius*, *Eraſmus Schmidius*, & *Henr. Hammondus* ad Apocal. VI. 18.

ΘΕΛΗΜΑ, *Voluntas.* In priore epiſtola S. Petri III. 17. verbisque εἰ θέλει τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, adeſſe Ebraicum exundantem ſermonem, idem *Hugo Grotius* obſeruauit: *Locutio eſt Hebraea ab eruditis annotata* אם כן ירצה רצון האל *par ei, quae eſt 1. Corinth.* IIII. 19. *Iac.* IIII. 15. Ego vero exiſtimauerim, eſſe heic periphraſin potius, quam Ebraiſmum, ac voces τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ idem eſſe, quod, *Deus* ipſe. Sic enim amant Graeci dicere. *Euſtathius* ad Odyſſ. Λ. pag. 1686. ὅτι δὲ τὸ, Βίη Ἰφικληείη περιφραστικῶς δηλοῖ τὸν Ἰφικλῆν, δῆλον. Καθὰ καὶ τὸ, βίη Ἡρακληείη, τὸν Ἡρακλῆν. *Heſychius* voce Βίην Ἡρακληείην, περιφραστικῶς τὸν Ἡρακλέα. *Seruius* ad illud Virgilii Aen. II. *facies inuiſa Lacaenae*, ſic eſt commentatus: *Pulcritudo Helenae odioſa, id eſt Helena. & Graecum eſt, vt* βίη Ἡρακλῆς, *hoc eſt Hercules.* In itinerario *Rutilii Numantiani* lib. I. v. 19.

At mea dilectis fortuna reuellitur oris, *Mea fortuna* ponitur pro *ego*, prout pulcre indicauit ad iſtum vltimi aeui Poetam *Ioſephus Caſtalio.* Et plura huius commatis loca paſſim apud Graecae non minus quam Latinae linguae ſcriptores exſtare, dudum eſt, quod *Ioannes Paſſeratius* praefatione XXV. pag. 254. *Aug. Buchnerus* de commutata ratione dicendi lib. I. cap. 15. *Georg Matthias Koenigius* ad Iuuenci hiſtoriam Euangel. lib. I. verſ. 443. *Vlricus Obrechtus* ad Dictyn Cretenſem l. 22. pag. 258. *Caſpar Scioppius* ad Carmina Priap. pag. 39. *Io. Georg. Graeuius* in lectionibus Heſiodeis cap. 19. pag. 93. aliique, copioſe docuerint. Compara cum his, ſi commodum fuerit, quae infra ad voces Σημεῖον & Σῶμα inuenies.

ΘΕΟΣ,

ΘΕΟΣ, *Deus.* Non pauci, neque incelebres ſunt ex doctorum ordine, qui phraſes ἀξιῶς τῷ Θεῷ Act. VII. 21. δυνατὸι τῷ Θεῷ 2.Corinth. X. 4. σάλπιγξ Θεῦ 1. ad Theſſal. V. 16. κιθαρῳδοὶ τῦ Θεῦ Apocal. XV. 2. inter illas numerant locutiones, quibus Ebræorum more, ad rem augendam, vocabulum Θεὸς vel in ſecundo vel tertio adiicitur caſu. Vt commentatores ad N. T. qui ingenti proſtant numero, taceam, magnus in ſtudiis fere omnibus *Sam. Bochartus* hoc dicendi genus ſolide excuſſit in Geogr, ſacrae parte I. lib. IIII. cap. 20. pag. 284. cuius verba prorſus omnino digna ſunt, quae hic legantur. *De magnitudine*, inquit, *Niniues tria habentur in Iona non leuiter praetereunda. Primo magnam eſſe vrbem, & quidem* magnam Deo לאלהים *LXX. recte* τῷ Θεῷ. *Quam vocem vulgatus interpres cur omiſerit nullus capio, cum ſit maximi momenti, niſi quod librarios perculit nouitas locutionis. Liueleius poſt Hieronymum & Kimchium reddidit* vrbs magna Dei, *id eſt diuina -- Illi optime interpretantur, qui hanc locutionem conferunt cum altera huic plane gemina de Moſe Act. VII. 20.* ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ, erat venuſtus Deo, *id eſt ſumme venuſtus. Et Ruth. II. 20* ברוך הוא ליהוה benedictus *ſit* ille Domino, *id eſt, ſumme benedictus. Ita hoc loco* vrbs magna Deo, *eſt vrbs multo maxima. -- Chaldaeus interpres recte ad ſenſum* vrbs magna " קדם coram Domino, *quomodo Nimrod vocatur* magnus venator coram Domino, *id eſt, re vera magnus, & ex iudicio Dei ipſius, qui res videt intrinſecus, & ex veritate aeſtimat.* Idem vir ſummus indicato opere ac libro, cap. XII. pag. 257. ſcripſerat breuius: πρὸς αὔξησιν *additur* coram Domino. Fuit potens venatione, *id eſt potens venator:* coram Domino, *id eſt quam maxime potens. Et Act. VII. 20. puer* ἀστεῖος τῷ Θεῷ venuſtus Deo *is dicitur, qui fuit maxime venuſtus & forma elegans. Nam aliquid eſſe coram Deo dicitur, quod re vera tale eſt, quia Deus eſt homine longe perſpicacior, & rerum intima viſu ſuo penetrat, nec eius iudicium poteſt falli. Itaque cum Nimrod dicitur fuiſſe potens venator coram Domino, ſignificatur illum re vera fuiſſe talem, & Deum ipſum, quem nihil latet, neminem in terra vidiſſe, cum ipſo conferendum.* Scio quosdam aliter ſen-

tire.

tire, & ἀρετῇ τῷ θεῷ conuertere *bellus* vel *lepidus ope Dei*, itemque ὅπλα δυνατὰ τῷ θεῷ in 2. ad Corinth. X. 4. exponere *arma potentia per Deum*, aut, *Deo iuuante*, quemadmodum ad Paullinum illum locum *Eraſmus Schmidius* cum *Hugone Grotio* praeiuit; verum ea interpretatio non in omnibus admitti poteſt locis, eſtque nomen θεὸς ad rei magnitudinem ac praeſtantiam declarandam adpoſitum in 1. ad Theſſal. IIII. 16. vbi σάλπιγξ θεοῦ ingentem denotat tubam, quod liquido patet ex Matth. XXIIII. 31. quando in eadem materia illud ipſum effertur per σάλπιγγα φωνῆς μεγάλης. Quid? quod veritatis vires hanc ab *Eraſmo Schmidio* extorſerint profeſſionem, ad Apocal. XV. 2. *Citharas Dei, id eſt, diuinis canendis laudibus attributas. Vel pulcerrimas, epitheto Ebraeis familiari. Beza. Facile enim hic Ebraiſmum concedimus, ſine tamen omni Soloecophania: ſicut in Virgilio, Ouidio, & Horatio, multos Graeciſmos concedimus, abſque tamen omni deprauatione latinitatis.* Huiuſmodi ebraizantis pleonaſmi exempla, quae in V. ac T. reperiuntur, collecta ſunt & comprobata in *Hiſtoire Critique de la Republique des Lettres*, tom. XI. pag. 263. ſeqq.

X.

ΙΔΩΝ, *Videns.* Retro recurre ad vocem Βλέπων.

ΚΑΘΙΣΑΣ, *Sedens.* Vnicus, quantum didicimus, *Henr. Stephanus* de Atticae linguae idiomatis, hoc participium ad numerum Pleonaſmorum adiungit, ſic tamen, vt dubius ipſe haereat. Scribit namque pag. 79. *Nonnulla praeterea eſſe participia ſciendum eſt, quae an inter πλεοναζοντα numerari debeant, dubium eſſe poſſit. Tale eſt καθίσας (quoniam aliud exemplum mihi non ſuggerit nunc memoria) Lucae XVI. 6. δέξαι σου τὸ γράμμα, καὶ καθίσας ταχέως γράψον πεντήκοντα. Sic & capite XIIII. 28. καθίσας ψηφίζει. item καθίσας βουλεύεται.* Dicto puta capite XIIII. 31.

ΚΑΙΡΟΣ, *Tempus.* Redundat, quando πρὸς καιρὸν ὥρας adhibetur 1. Theſſal. II. 17. loco πρὸς ὥραν, quod nude legitur 2. ad Corinth. VII. 8. Galat. II. 5. ad Philem. com. 15. Βραχὺν χρόνον in re non diſſimili dixit *Alciphron.* lib. I. epiſt. 29. incunte. Vacat ipſum καιρὸς in *Herodiani*

diani hiſtor. lib. I. cap. 4. νῦν δὲ καιρὸς εὔκαιρος, & eodem libr. I. cap. 9. καιρὸν εὔκαιρον ἔχοντες, atque lib. V. cap. 8. καιρὸν εὔκαιρον καὶ πρόφασιν δικαίαν νομίζοντες.

ΚΕΦΑΛΙΣ, *Caput.* Semel haec vox legitur in litteris ad Ebraeos X. 7. ἐν κεφαλίδι βιβλίου, quod pro βιβλίῳ poſitum eſſe crediderunt nonnulli. *Daniel Heinſius* in exercitat. ſacris lib. XVI. cap. 6. p. 568. ſeq. haec adnotauit: *Illud*, ἐν κεφαλίδι βιβλίου, *ac ſi* ἐν βιβλίῳ *ſcriptum eſſet, acceperunt Graeci. Euſebius Catena ad Eſaiam nondum edita, ad illa*, λάβε σεαυτῷ τόμον καινὸν, μέγαν, Παραπελεύεται, *inquit*, τῷ προφήτῃ τόμον καινὸν, μέγαν, ἢ τεῦχος, ἢ διφθέρωμα, ἢ κεφαλίδα, κατὰ τὰς λοιπὰς, λαβεῖν. - - *Ergo, vt in volumine libri, in libro, ita* ἐν κεφαλίδι βιβλίου. Adde perſonati *Liberii de Sancto Amore* epiſtolas Theologicas pag. 266. ſeqq. & Cl. Praeſidis mei obſeruat. ſacr. lib. III. pag. 133. ſſ.

ΛΟΓΟΣ, *Cauſſa.* Cum παρεκτὸς poſitum, vti Matth. V. 32. παρεκτὸς λόγου πορνείας, *extra adulterium*, ad pleonaſmos Ebraicos retulit *Io. Olearius* de ſtilo N. T. pag. 82. Quae ſi vera ſunt, nonne & huc perducere liceret illa ex epiſtola ad Philipp. IIII. 15. λόγον δόσεως καὶ λήψεως. At vero non ad Ebraeorum imitationem πλεονάζειν hoc nomen, ſed Graecis elegantioribus idem in vſu eſſe, non opus eſt, vt nos doceamus, quum monſtratum illud ſit ab *Io. Conrad. Schwarzio* in adnotatis ad indicatam Olearii exercitationem pag. 270. & in ſpicilegio obſeruationum ad eundem pag. 469. In medium ab eo productis exemplis adde hoc *Iulii Pollucis* lib. III. ſegm. 109. initio: εὖ πράττων εἰς χρημάτων λόγον, *opibus abundans.*

XI.

ΜΕΓΑΣ, *Magnus.* Additur in phraſi εἶναί τινα μέγαν Act. VII. 9. quum alibi dicitur εἶναί τινα non expreſſo τῷ μεγάλῳ epitheto, vti Actor. V. 36. Galat. II. 6. & VI. 3. Vtrumque reperias quoque in Graecis ſcriptoribus. Namque ſimplex phraſis εἶναί τις eſt in *Luciani* Reuiuiſcentibus pag. 393. κακῶς ἂν εἰπεῖν ἐπιχειρήσειεν εὐεργέτας ἄνδρας, ὑφ' ὧν εἶναί τις ἔδοξεν, & in eiuſdem Timone pag. 78. ὃς ἔπειθε τὸν

ὁμιλητὰς μηδὲ ὅλως εἶναί τινας ἡμᾶς τὸς θεός. iterum in dicti Samosatensis Hippia pag. 356. καί τοι τῶν γε ἄλλων ἔχας@ ἔντι τῆς ἐπιςήμης ἔργον ἀποτεμόμεν@, ἐν ἐκείνῳ εὐδοκιμήσας, εἶναί τις ὅμως ἔδοξεν. Vlterius in eiusdem Lapithis pag. 649. ὃς γε ἐθαύμαζον, οἰόμενοί τινας εἶναι ἀπὸ τῶν ῥημάτων. Et libello aduersus indoctum, statim in exordio: οἶει μὲν γὰρ ἐν παιδείᾳ καὶ αὐτὸς εἶναί τις δόξειν. In *Epicteti* cap. 12. κἂν δόξῃς τισὶν εἶναί τις, ἀπίσει σεαυτῷ. Rursum cap. 23. πῶς δὲ ἀδεὶς ἀδαμῶ ἔσῃ, ὃν ἐν μόνοις εἶναί τινα δεῖ τοῖς ἐπί σοι; in *Arriani* commentariis ad Epictetum lib. III. cap. 16. in calce: φεύγετε τὸς ἰδιώτας, εἰ θέλετε ἄρξασθαί ποτέ τινες εἶναι. in *Aristotele* de generat. animal. II. 8. pag. 1272. de argumentis, nihil solidi habentibus: τὸ δὲ κενὸν, δοκεῖ μὲν εἶναί τι, ἔστι δ' οὐθέν. Plena etiam locutio εἶναί τι μέγα reperitur in *Luciani* Lexiphane pag. 836. ταυτὶ τὰ ἀλλόκοτα συνλιθεὶς, καὶ σπουδὴν ποιούμεν@ ἐπ' αὐτοῖς, ὡς δή τι μέγα ὢν, & ei opposita, μέγα καὶ σεμνὸν οὐδὲν ἐγενόμεθα, in *Aeliani* varia histor. II. 11. pag. 77. Adiicitur quoque μέγας vocabulo ἀρχιερεὺς in epist. ad Ebraeos IIII. 14. vbi haec in medium profert *Ioan. Braunius* pag. 267. *Vt is, qui officio summi Pontificis isto tempore fungebatur, a reliquis omnibus discerneretur, nominabatur non solum* ἀρχιερεὺς, *sed* ἀρχιερεὺς μέγας, *princeps sacerdotum magnus. Patet itaque, cur Paulus illud* μέγαν *addiderit.* Romanorum pariter consuetudo erat, eundem vel *Pontificem* salutare, vel *Pontificem Maximum*; quam his verbis exposuit *Antonius Pagi* in dissertatione hypatica pag. 12. *Neque hoc mirum videri debet, cum & solum* Pontificis *nomen, loco* Pontificis Maximi, *aliquando positum reperiatur. Quod etiam viros eximia doctrina praestantes fefellit, eoque adduxit, vt Dionem, & Dionysium Halicarnassensem, pontificiae dignitatis nomen ignorasse, aut male expressisse scripserint, dum hic solo* Ἀρχιερέως, *id est*, Pontificis, *nomine eos designat, ille frequenter vocat,* ἱερονόμους, ἱεροφύλακας, ἱεροφάντας, *sacrorum nempe Interpretes, Praesides, Custodes; quasi solum* Ἀρχιερέως *nomen, id est*, Pontificis, *supremam Sacerdotii dignitatem non designaret, sicuti reliquos illius Collegii sacerdotes, licet non addatur* μεγίσου, *id est*, Maximi. *Sic Iulium Caesarem Plutarchus in Iulio Caesare, & Appianus Corinth. lib. II.* Ἀρχιερέα, *id est*, Pontificem, *citra attribu-*

tum

tum aliud vocant, & apud Iosephum Antiquitat. lib. XV. cap. 17. Caesar & Augustus non semel litteris suis, ac decretis, solum Ἀρχιερέως, *id est,* Pontificis, *nomen adscribunt.* Obseruauit hoc omnium primus illustre inter eruditos nomen *Ezech. Spanhemius*, quod ipse non diffitetur Ant. Pagi. Ille enim in immortali opere de vsu & praestantia numismatum tomo secundo, dissertatione decima, pag. 84. id iam docuerat, idemque dissert. XII. pag. 418. seq. denuo monet, quem proinde huc adscribere non pigebit. *Id vero hic obiter monendum est, quod in quibusdam etiam singularibus numis* Ἀρχιερέως *titulo additum legatur* Μεγάλου *seu* Μεγίστου *nomen, sicut in numo Antonii Caracallae - - ac in alio Elagabali - - Horum autem* Ἀρχιερέων *seu supremorum prouinciae sacerdotum, ius ac potestatem fuisse in reliquos totius Prouinciae Flamines vel sacerdotes, vel e duabus Iuliani Imperatoris epistolis, & primo quidem e quadam ad Arsacium Galatiae* ἀρχιερέα, *cuius quoque eam in rem meminit, praeter Eunapium in Maximo, in nouissimis ad Ammianum notis doctissimus Valesius, scripta*, &c.

ΜΕΛΛΩΝ, *Futurus.* Haec μετοχὴ tunc abundat, quando post se trahit infinitiuum temporis futuri, vt Actor. XXIIII. 25. διαλεγομένου δὲ αὐτοῦ περὶ -- τοῦ κρίματος τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι, & Apocal. XII. 4. ἕστηκεν ἐνώπιον τῆς γυναικὸς τῆς μελλούσης τεκεῖν. hoc enim τεκεῖν futuro secundo positum videri posse, adgnoscit *Erasmus Schmidius* ad Marci VII. 2. pag. 525. Constructionem ipsam & pleonasmum diligentissime adnotauit expositque *Henric. Stephanus* in thesauro linguae Graecae tomo II. col. 871. 872. *Additur*, inquit, *saepe* (post μέλλων) *infinitiuus* ἔσεσθαι, *vt* μελλούσης μάχης ἔσεσθαι. *Sic Plato de Republica lib. 2.* ἀγαπητέον τῷ μέλλοντι μακαρίῳ ἔσεσθαι, *quod nihil aliud est, quam* τῷ μακαρίῳ ἐσομένῳ; *Sic in exemplo proxime praecedente* μελλούσης ἔσεσθαι *pro* ἐσομένης. Adscribamus porro adhuc *Galeni* locum ex libro XIIII. de vsu partium cap. 9. pag. 645. A. tomi quarti operum: διττῆς γὰρ μελλούσης ἔσεσθαι χρείας τῶν ὀρρωδῶν τούτων περιττωμάτων. Quin & cum aliorum verborum infinitiuis copulatur, quemadmodum in *Appiano Alexandrino* de bellis ciuilibus libro II. pag. 713. & 720. ὁ μέλλων ὑπατεύσειν, ac in *Themistii* oratione XX. pag. 234. A. καί τοι Ὀδυσσεὺς μὲν καρτερίας

ἰχ ἱκανῆς ἔτι ἐδεῖτο, μέλλων ὐκ εἰς μακρὰν ἀπολαύσεσθαι τῆς Πηνελόπης.

ΜΕΣΟΝ, *Medium.* Abundat hoc quidem in locutionibus διὰ μέσου Luc. XVII. 11. ἐν μέσῳ Matth. X. 16. XIIX. 2. ἀνὰ μέσον, Matth. XIII. 25. εἰς τὸ μέσον Marc. XIIII. 60. nec medium ſemper denotat, ſed illud omne, quod prope eſt rei cuidam; idque non ex pleonaſmo Ebraico, quum Graecos auctores eadem formula gaudere *Cl. Wolfius* in Curis Philolog. pag. 711. indicauerit. Ac teſtis eſt *Lucianus* in dial. Iouis & Ganymedis, ab initio: ἥρπασάς με ἀπὸ μέσου τοῦ ποιμνίου. iterumque in colloquio Veneris cum Luna pag. 204. καταβαίνειν ἐπ' αὐτὸν ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ. *Herodianus* lib. VII. cap. 11. ἐκδραμὼν εἰς τὸν δῆμον μέσον. *Theophraſtus* in character. moral. 22. ἐκ τοῦ μέσου ἀπελθεῖν. Romanis quoque iſtiuſmodi redundantiam non inſolentem eſſe docet *Thomas Gatakerus* in Cinno II. 2. pag. 166. & *Io. Pricaeus* ad Matth. XIIII. 24.

XII.

ΝΥΞ, *Nox.* Hunc pleonaſmum *Beza* obſeruauit ad Luc. II. 8. & verba φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ſcribens: *Hebraens eſt pleonaſmus: neque enim vllae ſunt diei vigiliae.* Quod de pleonaſmo ſcribit vir doctus, verum eſt; quod de Ebraiſmo, falſum. Attica enim Muſa *Xenophon* Cyropaed. lib. IIII. pag. 104. νυκτοφυλακεῖν dixit vno verbo: τοῦτο δ' ἴσθ' ἀμφότεροι, ὅτι τὰ μὲν ἔξω ὑμῖν ἡμεῖς νυκτοφυλακήσομεν, κ. τ. λ. Idem *excubitorem* νυκτοφύλακα vocat lib. VII. de exped. Cyri pag. 400. τούτου ἕνεκα τὰ πυρὰ προκεκαυμένα εἴη τῷ Σεύθῃ πρὸς τῶν νυκτοφυλάκων. Iterum p. 406 ὡς δ' ἦν ἥλιος ἐπὶ δυσμαῖς, ἀνέσησαν οἱ Ἕλληνες, καὶ εἶπον, ὅτι ὥρα εἴη νυκτοφύλακας καθιστάναι. Gloſſae Graeco Latinae per *Carolum Labbaeum* digeſtae: Νυκτοφύλαξ, *Noctianus, Noctis cuſtos, Vigilis.* Νυκτοφυλακίαι, *Excubiae.* De noctis partibus agens *Iulius Pollux* lib. I. ſegm. 71. ſcribit: καὶ τὸ μὲν νυκτός τι πρᾶξαι, νυκτερεῦσαι. καί που καὶ νυκτερινὰ φυλακαί. Et ſane *Polybius* VI. 33. ait: Τὰ δὲ περὶ τὰς νυκτερινὰς φυλακὰς οὕτως οἰκονομεῖται παρ' αὐτοῖς. Adfinis eſt

pleo-

pleonaſmus in *Polyaeni* Strateg. l. 40. pag. 84. τὲς Φύλακας — ἀγρύπνες περὶ τὴν Φυλακὴν καθασκευάσαι: Mox pag. 85. πάντες ἀγρυπνοῦντας ἐφύλαττον. Et: σημαίνοντες, ὡς ἐγρηγορότες Φυλάττοιεν. Latini ſcriptores pari loquuntur modo, quod *Vegetii* teſtimonio comprobatum dabimus. Is libro III. rei militaris cap. 8. pag. 51. ſcribit: *Et quia impoſſibile videbatur in ſpeculis per totam noctem vigilantes ſingulos permanere, ideo in quatuor partes ad clepſydram ſunt diuiſae vigiliae, vt non amplius quam tribus horis nocturnis neceſſe ſit vigilare. - - - Sciendum tamen eſt, equites extra vallum nocturnas excubias facere debere*; vbi *vigilias* in quibusdam codicibus manu deſcriptis occurrere adnotauit *Godeſcalcus Stevvechius* pag. 220. Ipſe *Tullius* libro quarto in Verrem cap. 43. *negotium datur quaeſtoribus & aedilibus, vt noctu vigilias agerent*, dixit, & elegantiſſimus Latinorum Patrum *Hieronymus* in epiſtola ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis, tomo I. fol. 52. a. *Miſer ego lecturus Tullium ieiunabam; poſt noctium crebras vigilias - - - Plautus ſumebatur in manus.* Dixit etiam *Quintilianus* inſtit. orat. XI. 3. pag. 503. *vigilandae noctes, & fuligo lucubrationum bibenda.* Et *Plautus* in Aulul. prolog. v. 36. *illam ſtuprauit noctu, Cereris vigiliis.* Et *Sidonius Apollinaris* lib. VII. epiſt. 9. pag. 441. *Itaque paginam ſume ſubditis voluminibus adiunctam, quam duabus vigiliis vnius noctis aeſtiuae dictatam*, reliqua. Paſſimque proſtant locutiones, *vigilare ad multam noctem, vigilare vſque ad lucem, vigilare ad ipſum mane, vigilare noctes.* Inſpice *Barthium* ad Statii Thebaid. X. 383. pag. 1182.

XIII.

O. Hic articulus praepoſitiuus praemittitur cumprimis vocabulo πᾶς, etſi quamuis πᾶς articulum alias reſpuat. Et habet πᾶς praefixum ſibi quandoque in N. T. hunc articulum, quandoque omiſſum. Exempla omnium quammulta collegit *Eraſm. Schmidius* ad Marci IIII. 11. Vide Marci XIIII. 64. Act. XIX. 7. XXVII. 37. Rom. XI. 32. 1. Corinth. IX. 22. X. 17. 2. Corinth. V. 10. Epheſ. IIII. 13. vbi οἱ πάντες ſunt omnes certi coetus. Xenophontem ſimiliter fuiſſe locutum,

cutum, adnotauit V. C. *Georg. Raphelius* ad Actor. XIX. 7. Atque sic etiam in libro Sapientiae Salom. VII. 9. ὁ πᾶς χρυσὸς ἐν ὄψει αὐτῆς ψάμμος ὀλίγη. Idem articulus in neutro genere ante τί Luc. I. 62. XIX. 48. XXII. 24. & 32. & ante πῶς ibid. XXII. 2. ac 4. abundat. *Aristides Quintilianus* lib. I. de Musica, prout a Marco Meibomio inter scriptores antiquae musicae est promulgatus tomo II. pag. 4. οἱ δὲ πολλοὶ καὶ ταῦτα παρ' ἴδιον τίθενται. Aliorum testimonia a *Paullo Patre* ad Palaephatum cap. 31. p. 135. *Franc. Vigero* de graecae dictionis idiotismis cap. 3. sect. XI. p. 68. atque *Iac. Elsner* in obseruationibus sacris tomo I. p. 177. sunt congesta. Abundat quoque in litteris ad Philipp. I. 29. vbi *Erasm. Schmidius* haec adnotauit: *Pleonasmus articuli* τὸ, *quum mox ad vtrumque verbum repetatur.* Cum quibus comparat *Henr. Stephanus* de dial. Att. pag. 89. frequentem redundantiam Latini pronominis *Ille*, apud Maronem inprimis conspicuam. Maronem intelligo illum, cuius haec est gloria, *vt nullius laudibus crescat, nullius vituperatione minuatur*, vt in *Macrobii* Saturn. I. 24. legimus.

ONOMA, *Nomen.* Additur ex pleonasmo in phrasi, καλεῖν τὸ ὄνομά τινος Matth. I. 25 Luc. I. 13. II. 21. in πιστεύειν εἰς ὄνομά τινος Ioan. I. 12. & II. 23. in ὄχλῳ ὀνομάτων Act. I. 15. in ὀλίγα ὀνόματα Apoc. III. 4. in ὀνόματα ἀνθρώπων ibid. XI. 13. Neque hoc Ebraismum redolet, sed merum Graecismum & Atticismum. Exemplis ab *Horatio Vitringa* aduersus Vorstium pag. 230. & *Iac. Perizonio* ad Aeliani var. hist. XIII. 28. pag. 836. & *Georgio Raphelio* in adnotatis ex Polybio ad Actor. I. 15. collectis, hoc Euripidis in Bacch. v. 800. Ὄνομα δὲ ποῖον αὐτὸν ὀνομάζει πατὴρ οἷόν; & ex eiusdem Heraclidis v. 88. 89. Ὄνομα τί σε χρὴ Μυκηναῖος Ὠνόμαζε λαός; adiicimus, nec non verba *Isaaci Vossii* ex adnotatis ad S. Ignatii epistolam ad Ephesios pag. 272. *Certum* est, πολυαγάπητον ὄνομα Ἐφεσίων *idem esse, quod sit* πολυαγάπητοι Ἐφέσιοι. *Quae loquendi formula satis frequens apud antiquos.* Ita τὸ Θηβαῖον ὄνομα, *pro Thebanis apud Aeschylum*, & felix nomen agelli, *pro felici agello, apud Valerium Catonem in Diris. Sed & ipse Ignatius in epistola ad Smyrnaeos ad finem*, ἀσπάζομαι Ἄλκην τὸ ποθητόν μοι ὄνομα. *Et in principio epistolae ad Magnesios*, καταξιωθεὶς γὰρ ὀνόματος θεοπρεπεστάτου &c.

τε &c. *Crediderunt viri docti, hic alludi ad nomen Christianum: sed certum est, haec omnia ita, vt dixi, esse intelligenda.* Ingentem itaque ergo commisit errorem *Aretas* Caesareae in Cappadocia episcopus ad Apocal. III. 4. dum hanc locutionem male Graecam & praui commatis adpellat, reipsa autem magno strepitu veri nihil adfert. Ait ille pag. 903. ἐπισημαντέον τὴν χρῆσιν τοῦ ὀνόματος· ὡς ἀνελλήνιστον καὶ τῆς ἀδοκίμου χρήσεως καὶ ἰσβδήλης. ἤρκει γὰρ εἰπεῖν, ὀλίγους ἔχεις· ἀλλ' οὐκ ὀλίγα ὀνόματα. κἂν γὰρ ἡ ἰδιότης τῆς ὑποστάσεως ἑκάστου ἀφορίζηται διὰ τοῦ κυρίου ὀνόματος, ἀλλ' ὃν ἡ ἔγκειτος γλῶσσα τῆς Ἑλλάδος φωνῆς εἰς ἀριθμὸν οὐκ οἶδε παραλαμβάνειν τὰ καθ' ἕκαστον εἰς γνῶσιν ἀριθμοῦ, ἀλλὰ τὰ ἰδιώματα. πολλοὺς γὰρ ἢ ὀλίγους, ἢ δύο ἢ τρεῖς φησιν ἀνθρώπους, ἀλλ' οὐ δύο ἢ τρία ὀνόματα, ὡς τοῦ μὲν, τοῦ ἰδιωτάτου τῆς φύσεως ὄντος σημαντικοῦ, ἥτις διαμένειν πέφυκε, τοῦ καθ' ἕκαστα δὲ, τῆς διαδοχῆς, ἥτις φθάνει χεδὸν τῆς ὑπάρξεως, ὡς ἀφανιζομένης. quam commentationem integram & inutilem esse, & contrariam vsui scriptorum Graeciae optimorum, euincere possunt hactenus dicta.

ΟΥΡΑΝΟΣ, *Coelum.* Et hoc nomen in locutionibus τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ Matth. VI. 26. νεφέλαι τοῦ οὐρανοῦ Matth. XXIIII. 30. τὸ ἔθνος ὑπὸ τὸν οὐρανὸν Actor. II. 5. positum per pleonasmum statuunt viri docti, &, vt quidam ex illis volunt, ebraico. Nam de priore locutione clar. *Wolfius* in Curis Philolog. pag. 140. haec habet: πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ *more Ebraeorum dici, qui vocem* שמים *saepe addunt, vbi abesse poterat, obseruauit Vorstius Philol. sacr. Part. II. pag.* 10. *seq.* Secundam aperte ad Ebraismos ire iubet *Io. Leusdenius* in Philologo Graeco, additque: *Vulgares Graeci non solent in talibus locutionibus addere locum, in quo animalia degunt. Sed scriptores N. T. in his imitantur Ebraeos.* In tertia, ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, Ebraicum adgnoscit πλεονασμὸν, pro *Vsqiam*, in adnotatis ad Actor. IIII. 12. *Theodorus Beza.* Neque tamen prorsus inusitatae sunt apud τοὺς ἔξω auctores, quamuis rariores, & a nemine, quod sciam, commentatorum in N. T. adnotatae, huiusmodi locutiones. Deprehendimus valde omnino similem in *Platonis* epistola septima pag. 1278. C. ἀνθρώπων - - τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἀνθρώπων, & in anonymi Graeci descriptione

orbis

orbis veteris, quam primum publicauit celeberrimus Iureconsultorum *Iac. Gothofredus* Geneuae anno 1620. Ibi enim pag. 26. haec legas licet: Μετὰ ταύτην, (Παμφιλίαν) Λυκία χώρα, αὐταρχὴς, καὶ ἔχει ὄρος μέγιστον, ὃ Κάυκασος λέγεται, ὃ μεῖζον ὑπὸ τῷ οὐρανῷ φύσει εἶναι λέγεται. Succurrit etiam ex Latinis *Ammianus Marcellinus* libro XVI. Traiani forum *singularem sub omni coelo structuram* adpellans.

ΟΥΤΟΣ, *Hic.* Venuste hoc pronomen πλεονάζει in S. Luca XXIIII. 21. τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, & Actor. I. 5. οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. *Lucianus* in colloquio Diogenis cum Alexandro pag. 291. ἔτι ἐν Βαβυλῶνι κεῖμαι τρίτην ταύτην ἡμέραν. Idem in Hermotimo pag. 505. εἰ γάρ τι μέμνημαι, σχεδὸν εἴκοσιν ἔτη ταῦτά ἐστιν, ἀφ' οὗ σὲ οὐδὲν ἄλλο ποιοῦντα ἑώρακα. *Achilles Tatius* lib. VII. pag. 443. Ὁ γὰρ Σωσθένης οὗτος ἐν αὐτοῖς παρ' ἐμοῦ τρίτην ταύτην ἡμέραν γέγονεν ἀφανής. Redundat etiam cum efficacia quadam, praecedente articulo, vt Matth. XXIIII. 13. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. Ibidem XXVI. 23. ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ - - οὗτός με παραδώσει. Adde Marci IIX. 35. XII. 10. XIII. 13. Luc. IX. 24. 48. Ioan. VII. 18. XV. 5. Actor. XVII. 24. *Isocrates* oratione ad Philippum pag. 216. ἐπεῖδον Πελοποννησίους ἅπαντας, τοὺς πρότερον μετ' αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς ἄλλους ἀκολουθοῦντας, τούτους μετὰ θηβαίων εἰς τὴν αὐτῶν εἰσβάλλοντας. Idem oratione de pace pag. 392. τοῖς γὰρ ἀγαθοῖς, οἷς ἔχομεν ἐν τῇ ψυχῇ, τούτοις κτώμεθα καὶ τὰς ὠφελείας, ὧν δεόμενοι τυγχάνομεν. Sequitur paullo post apud eundem: χρὴ δὲ τοὺς εὖ φρονοῦντας - - τὸ πολλάκις ὠφελεῖν, τοῦτο φαίνεσθαι προαιρουμένους. Memnon in opere historico apud *Photium* in bibliotheca codice CCXXIIII. pag. 374. τὴν νῦν Γαλατίαν καλουμένην, εἰς τρεῖς μοίρας ταύτην διανείμαντες. Qua in re imitati Graecos sunt Latini, obseruante *Vechnero* in Hellenolexia libro I. cap. 6. pag. 106.

ΟΦΘΑΛΜΟΣ, *Oculus*: Πλεονάζει in ἰδεῖν ὀφθαλμοῖς Matth. XIII. 15. Ioann. XII. 40. Actor. XXVIII. 27. & in εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου Luc. II. 30. & in ὀφθαλμοὶ οἱ βλέποντες ibid. X. 23. & in ὁρᾶν τοῖς ὀφθαλμοῖς I. Ioan. I. 1. Ita quoque *Homerus* Iliad. A. 587. Μή σε, φίλη τέρ ἐῶσαν, ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι, & duobus aliis locis, supra ad extremum paginae 4. indicatis. *Oppianus* Cyneg. II. 592. ὄμμασιν εἰσοράασθαι,

Sopho-

Sophocles in Oed. Coloneo v. 234. ſeq. ὰ καλοῖς προσορωμένα ὄμμα σὸν ὄμμασιν, id eſt, prout antiquus docet *Scholiaſtes* pag. CXI. ὰ καλοῖς ὄμμασιν ὁρῶσα τὸ σὸν ὄμμα. *Apollodorus* in bibliotheca lib. I. pag. 21. edit. Salmurienſis, ἐδέρκετο τοῖς ὄμμασιν. *Lucianus* dial. Menelai & Protei pag. 244. edit. Amſtelod. in 8. qua nos perpetuo, quando quid ex illo proferendum eſt ſcriptore, vtimur: ὰκ ἀνεῳγμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδες, ἐς ὅσα μετεποίησα ἐμαυτόν; ac rurſus tractatu aduerſus indoctum pag. 379. σὺ δὲ, ἀνεῳγμένοις μὲν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾷς τὰ βιβλία, κ. τ. λ. *Aeſchines* oratione contra Cteſiphontem pag. 310. B. τοῖς ὄμμασι διαβλέπειν. Quod loquendi genus *pleonaſmum emphaticum* ſalutat magnus *I. C. Dietericus* noſter in illuſtram. N. T. volumine. I. p. 273. a. Romanos ſimiliter *videre oculis* dicere, monſtrant enarratores Terentii, apud quem phraſis illa aliquoties occurrit. Iunge hoc *S. Hieronymi* epiſtola ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis tomo I. fol. 52. a. *lumen caecis oculis non videbam*, & hoc *Apuleii* Metamorph lib. I. pag. 108. *Haec ego meis oculis adſpexi*, atque hoc iudicium *Henr. Stephani* de Atticae dialecti idiomatis pag. 70. ſeq. *Fateor alioquin nonnullos eſſe datiuos, qui pro loco, cui adhibentur, non omnino vacare iudicari poſſint; cuiusmodi eſt ille* ὀφθαλμοῖς. *Alicubi enim emphaſis ei incluſa videri queat: vt incluſam eſſe conſtat ablatiuo* Oculis *apud Terentium, vbi dicit, His oculis egomet vidi.* Confer etiam, quae ſupra ad vocem Ἀκοὴ ſcripſimus.

XIIII.

ΠΟΥΣ, *Pes.* Quoties hoc vocabulum adponitur ad nomen ὑποπόδιον, adpoſitum autem cernimus in Matth. V. 35. XXII. 44. Marc. XII. 36. Luc. XX. 43. Actor. II. 35. VII. 50. Ebr. I. 13. X. 13. vbi perpetuo ὑποπόδιον τῶν ποδῶν nominatur, toties noſtra vox πούς redundat, quae proinde in epiſtola S. Iacobi II. 3. non adiecta eſt, ſed tantummodo κάθου ὧδε ὑπὸ τὸ ὑποπόδιόν μου dicitur. Ac Graeci quidem librorum V. T. interpretes ὑποποδίον τῶν ποδῶν conſtanter adhibuerunt Pſalmo XCIIX. 5, CIX. 1, Iеſ. LXVI. 1. ac Thren. II. 1. quos N. T. ſcripto-

ptores diuini, vnico excepto S. Iuda, imitati fuerunt, nec non *Lactantius* diuinarum institutionum IIII. 12. pag. 386. *Christum autem post passionem ac resurrectionem ascensurum esse ad Deum patrem, Dauid in psalmo centesimo nono contestatus est his verbis: Dixit dominus domino meo, sede a dexteris meis; quoadusque ponam inimicos suppedaneum pedum tuorum.* Satis fuisset dicere *suppedaneum*, quod notat rem pedibus suppositam, τὸ ὑπὸ τὰς πόδας, τὸ ὑποπόδιον. Alterutrum ergo superat, aut οἱ πόδες, aut τὸ ὑποπόδιον. Sanctum Iacobum τὰς πόδας neglexisse, iam indicauimus; vicissim S. Paullus in priore epistola ad Corinthios XV. 25. τὸ ὑποπόδιον omisit, scribens: Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ ἂν θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Exponitur autem ὑποπόδιον in veteribus *Glossis* Graeco Latinis per Car. Labbaeum in vnum collectis, *Scabellum, subsellium, scamillum, subpositorium, suppedaneum.* Ὑποπόδιον quoque nominat *Athenaeus* libro XII. pag. 514. F. & qui eum exscribit *Eustathius* ad Odyss. Δ. pag. 1484. quorum vterque antiquorum Persiae regum enarrans luxum ait, quod inter alia habuerint non modo ad verticem regii cubilis superne coenaculum, *cernical* regium adpellatum, quinque thesauri loculis instructum, in quo nunquam non auri talenta quinquies mille adseruata fuerint, verum etiam πρὸ ποδῶν ἕτερον οἴκημα τρίκλινον, ὃ τάλαντα τρισχίλια ἔκειτο ἀργυρίου, καὶ προσηγορεύετο βασιλικὸν ὑποπόδιον, *ante cubilis pedes alterum coenaculum tribus thesauri loculis refertum, vbi talentorum tria millia reponebantur; idque Subsellium regis vocatum fuisse.* Πλεονάζει quandoque etiam in profanis scriptoribus vox Πᾶς, nimirum apud *Nonnum* in Dionysiacis lib. XXXIII. v. 102. Σκιρτήσας δὲ πόδεσσι. Denuo libro XLVII. v. 37.

Ἀργαύλοις δὲ πόδεσσι γέρων ἐχόρευεν ἀλωεύς.

Ac eodem libro, versu 64.

Ποσσὶν ἀμοιβαίοισιν ἀνεσχίζησεν ἀλωεύς.

ΠΡΟΣΩΠΟΝ, *Facies.* Est quando hoc nomen ponitur per abundantiam, veluti in phrasi πρὸ προσώπου μου Luc. VII. 27. in ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, ibid. XXI. 35. Actor. XVII. 26. in τὸ πρόσωπον τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ Luc. XII. 56. in ἀπὸ προσώπου κυρίου Actor. III. 19.

III. 19. & similibus passim in Nouo Foedere obuiis locutionibus. Pariter incertus Geographus antiquus per *Iacobum Gothofredum* editus, pag. 16. ait: Νεῖλος, ὃς ἐρχόμενος ἀρδεύει πᾶν πρόσωπον τῆς γῆς. Latinorum *Facies* eodem adhibetur modo. *Non solum autem*, ait *Aulus Gellius* XIII. 29. *in hominum corporibus, sed etiam in rerum cuiusquemodi aliarum, facies dicitur. nam montis, & coeli, & maris facies, si tempestiue dicatur, probe dicitur.* Atque hinc *facies arboris* apud *Plinium* hist. nat. XII. 14. de turis arbore loquentem: *Nec arboris ipsius quae sit facies, constat. Res in Arabia gessimus, & Romana arma in magnam partem eius penetrauere: C. etiam Caesar Augusti filius inde gloriam petiit, nec tamen ab vllo (quod equidem sciam) Latino arborum earum tradita est facies.* Neque procul distat longe hoc *Apollinaris Sidonii* lib. VII. epist. 1. *ambusta murorum facies*, quod praeter semiruta moenia nil aliud inuoluit, prout ad illum Aruernorum episcopum docet doctissimus Praeses & Prafectus Aruerniae *Ioannes Sauaro* pag. 411. Verum alia nos formula iam auocat. Est ea λαμβάνειν πρόσωπόν τινος, apud Lucam XX, 21. & ad Galat. II. 6. in qua πρόσωπον redundat. Alibi vnico verbo προσωποληπτεῖν effertur in litteris S. Iacobi II. 9. Vnde προσωπολημψία Rom. II. 11. Ephes. VI. 9. Coloss. III. 25. & plurium numero προσωπολημψίαι Iac. II. 1. & προσωπολήπτης Actor. X. 34. & aduerbium ἀπροσωπολήπτως 1. Petr. I. 17. Quid vero hac locutione significetur, & vnde desumta sit illa, primus, quantum noui, docuit *Ioannes Cameron*, perinsignis quondam in Academia Salmuriensi Professor ad Actor. X. 34. cuius verba omnia, licet alias recitata, huc tamen adscribere iuuabit: *Necesse est*, inquit, *primum teneamus, vnde sit orta haec nomenclatura*, Acceptio personarum. *Est vero προσωπολημψία dicta ἀπὸ τῦ λαμβάνειν τὸ πρόσωπον. Porro λαμβάνειν τὸ πρόσωπον* est Hebr. נשא פנים: *illud enim verbi significat* leuare faciem, accipere faciem. *Nam priscis illis temporibus hic fuit salutantium gestus, vt facie prona in terram peragereturr salutatio; quod & hodieque fit in Oriente: qui vero salutabatur, is salutantem subleuabat; hoc est illud* נשא פנים leuabat eius faciem. *Quod si accideret, vt salutatio respueretur, aut vero insuper haberetur, tum demum nulla erat faciei leuatio, aut personae acceptio. - - -*

Atque a ſalutantium geſtu traductum eſt ad rem ipſam ſignificandam. Nempe ii dicuntur accipere perſonam, *quibus perſona non commendatur propter cauſſam, ſed contra, cauſſa propter perſonam.* Hactenus *Cameronis* verba, quam fideliſſime deſcripta, quae in animo, vt palam eſt, & prae oculis habuit celeberrimus olim linguae Graecae in academia Vitembergenſi doctor, *Io. Ericus Oſtermannus*, in *Poſitionum Philologicarum, Graecum N. T. contextum concernentium*, diſputatione ſecunda (nam tres huius argumenti ab illo in lucem emiſſas poſſidemus) anno XLIX. ſuperioris ſaeculi habita. Is enim *Cameronis* non veſtigiis minus quam verbis arcte quidem inſiſtit, ita tamen, vt diffuſius rem enarret integram, quem vel ideo audire non poenitebit, quia & tarum eſt illud eius ſcriptum, & quia ex eo non minus, quam ex Camerone, nos profeciſſe, ingenue profitemur. Poſitio omnium prima citatae diſputationis ita habet: *Non futilis aut ridicula illorum ratio eſt, qui priſcis temporibus eum orientis circa ſalutantium geſtus fuiſſe morem ſcribunt, vt prona in terram facie ſalutatio ipſa perageretur. Quod & hodieque inter easdem fieri gentes compertum eſt. Ac is quidem, qui ſalutaretur, ſalutantis leuare inclinatam faciem fuit ſolitus. Id toties per* נשא פנים *in Veteri Codice legitur expreſſum. Quod ſi vero reſpueretur ſalutatio, non leuabatur, qui ſalutaſſet. Idem* τὸ נשא פנים LXX. *Interpretes varie extulerunt. Inter cetera etiam per* λαμβάνειν πρόσωπον, *non vno loco. Vt Thren. IIII. 16. 2. Reg. III. 14. Iob. XLII. 8. Leu. XIX. 15. & Pſal. LXXXII. 2. Ac prout ſalutantium iſte geſtus ad rem ipſam deſignandam tractus haut ſemel fuit, vt illi nimirum dicerentur* leuare faciem, *vel* λαμβάνειν πρόσωπον, *quibus perſona non commendaretur ex conditione cauſſae, ſed contra, cauſſa propter perſonam, id quod ad praeposteram beneuolentiam, & Iuris adeo ipſius peruerſionem ſacrae litterae interpretantur, a qua tantopere immunem omnium arbitrum ac vindicem DEum Apoſtolus praedicat: ita dubium eſſe non debet, ad iſtum loquendi modum factam in Noui Inſtrumenti litteris* προσωποληψίας *vocem eſſe. — — — Mirum autem nonnemini videatur, iſtam originationem nuſquam tetigiſſe Bezam, Ebraiſmorum alioquin rigidiſſimum ſcrutatorem. Cuius veſtigia premens Stephanum, talium & ipſe deprehenditur*

henditur alte ſecurus. Quicquid autem ſit, vt προσωποληψίας vocem apud neminem profanorum auctorum, quod nos quidem ſciamus, inueniri vltro largimur; ita eandem tamen nihil momenti ad ſtabiliendam ſententiam illam adferre ſtatuimus, qua omnem Noui Foederis phraſin ex LXX. interpretum verſione explicandam alii tradunt. Quae adeo ſunt vera, vt ipſe *Eraſmus Schmidius*, magnus alioquin Ebraiſmorum euerſor, ad Luc. XX. 21. ſequentem edere confeſſionem, vel inuitus, debuerit: *Facile concedimus, haec Iudaeorum morem reſpicere. Interim tamen iſtum morem Ebraeorum, Spiritus Sanctus hic pure Graecis verbis exprimit.* Quaenam vero illa pure Graeca verba ſint, ipſe non ediſſeruit *Schmidius*: quod ſi ſeorſim πρόσωπον & λαμβάνειν conſiderauit, quin ea pura ſint vocabula Graeca, nemo dubitauerit; ſi coniunctim λαμβάνειν τὸ πρόσωπον, aut προσωποληπτεῖν, aut προσωποληψία, vix vnum inueniet adprobatorem, praeter *Hug. Grotium* ad Iac. II. 1. commentantem: *προσωποληψίας in numero multitudinis haud facile reperias apud elegantiores ſcriptores Graecos. Sed noſtri ſcriptores pluralia inuſitata ſaepe faciunt de ſingularibus vſitatis.* At vero plane non, ſiue in ſingulari, ſiue plurali numero, extat id vocabuli, ac ne quidem apud vnicum Graeciae elegantioris ſcriptorem; ad hunc ſane diem vſque, vel omni adhibita ſollicitudine, inueſtigari nondum potuit. In *Epicteti* ἐγχειριδίῳ animaduertimus quondam phraſin ἀναλαμβάνειν πρόσωπον, ſed alio prorſus ſignificatu, quam in ſcriptis adhibetur diuinis. Adpingemus verba ipſa, quae totum abſoluunt caput quartum ſupra trigeſimum: Ἐὰν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς τι πρόσωπον, καὶ ἐν τούτῳ ἠχρημόνησας, καὶ ὃ ἠδύνασο ἐκπληρῶσαι, παρέλιπες. Hoc eſt, ex nouiſſima *Marci Meibomii* interpretatione: *Si qua perſona ſupra vires ſuſcepta, indecore te in ea geſſiſti; etiam quam perſonam ſuſtinere potuiſſes, omiſiſti.* Manifeſto heic, ἀναλαμβάνειν πρόσωπον, non *fauere alicui*, ſed *perſonam alterius ſuſtinere*, aut *induere*, deſignat. Cererum, quod in Beza & Henrico Stephano miratur *Oſtermannus*, illud potiori nos iure nimis demiramur in recentioribus adhuc ſacrarum litterarum enarratoribus, etiam illis, queis cura fuit ſacratiores libros ſingulari cum diligentia exponere. Adeo oppido perquam paucis innotuit verus phraſeos λαμβάνειν πρόσωπον ſignificatus, origo vera.

XV.

XV.

ΣΗΜΕΙΟΝ, *Signum.* Quod nomen abundare in Matthaei XXIIII. v. 30. ac σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου nil inferre aliud, quam *Filium* ipsum, monstrauit Cl. Praeses obseruat. sacr. lib. IIII. pag. 99. cui adde ὀμόψηφον eruditissimum *Io. Christoph. Wolfium* in Curis Philologicis pag. 351. seq.

ΣΟΙ, *Tibi.* Est equidem per pleonasmum adpositum in Matth. XXI. 5. ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι, sed cum efficacia, quandoquidem inuoluit *in tui gratiam, tuo commodo.* Neque id ex peregrinitate quadam sermonis, verum ex elegantia plane Attica. Ad *Alciphronis* locum ex lib. III. epist. 49. pag. 386. ἐπειδὴ δὲ τὸ λοιπὸν ἐγώ σοι μεσαιπόλιος, optime adnotauit *Stephanus Bergler*, vir doctus, *Moraliter per abundantiam positum σοί. vt magna necessitudo ipsis intercedere videatur.* Atque sic idem *Alciphron* initio epist. 42. dicti libri: Ἄρδην ἀπόλωλά σοι. *Aristophanes* Νεφέλαις versu III. Καὶ τί σοι μαθήσομαι; *Lucianus* dialogo Cyclopis & Neptuni pag. 242. ἀπ' ἐκείνου τυφλός εἰμί σοι, ὦ Πόσειδον. Et dial. Alphei ac Neptuni pag. 243. ποῦ σοι γῆς αὕτη ῥεῖ; Denuo in Reuiuiscentibus pag. 399. ἥξω γὰρ ὑμῖν, ἐκδικάσασα τὴν δίκην. Nempe enim datiui pronominum μοι, σοι, αὐτῷ, haud raro παρέλκυσιν. *Tan. Faber*, vna cum innumeris, id inculcat ad *Aristophanis* Concionatrices v. 593. *Istud μοὶ erit datiuus Atticus; qui, quid sit, norunt, qui Plautum & Terentium norunt. Is datiuus cum κατεδεῖ debet iungi; & erit παρέλκον.* Quam ob rem rite formauit canonem *Franciscus Vigerus* libro de praecipuis Graecae dictionis idiotismis, (dicendum fuisset *idiomatibus*, obseruante *Io. Clerico* in bibliotheca antiqua & noua tomo IIII. part. I. pag. 27. ac tomo XXI. part. I. pag. 128) capite quarto, regula secunda: *Datiuus μοὶ, & σοὶ, quemadmodum apud Ebraeos, Latinos, & Gallos, saepe παρέλκυσιν.* Consentit *Ioannes Alberti* in periculo Critico, quod proximo abhinc anno prodiit cap. VII. pag. 20. verba S. Lucae XIX. 15 εἶπε φωνηθῆναι αὐτῷ, ad hunc modum exponens: Est idem *quod* ad se, *vel* sui caussa: *vel potius est pleonasmus, quomodo μοι, σοι, & similia, saepe redundant.*

ΣΩΜΑ, *Corpus.* Et hanc vocem πλεονάζειν in epistola S. Iudae

commate nono, posseque τὸ Μωσέως σῶμα de ipso intelligi Mose, docuit exemplis Cl. Praeses obseruat. sacr. lib. IIII. p. 98. seqq. adprobante venerando Hamburgensium antistite, *Wolfio*, loc. cit. Quin & τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, in epistola ad Romanos VI. 6. eadem pleonastica ratione interpretatur Iuris non minus quam humaniorum litterarum consultissimus vir *Io. Frideric. Hombergk* in Parergis sacris p. 223. *Putamus igitur τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας esse nil aliud quam ἁμαρτίαν.* Et pro homine Graeci dicunt nonnunquam σῶμα, veluti *Euripides* in Heraclidis v. 90. 91.

Τὸν ἡράκλειον ἴσε που παραστάτην
Ἰόλαον; οὐ γὰρ σῶμ' ἀκήρυκτον τόδε.

Herculeumne nostis socium Iolaum? neque enim homo erat incelebris. Desideraſne solutae orationis exempla? Ecce *Libanius* epist. XIII. ex illarum numero, quae ad Themistium sunt perscriptae, & quas litterarum Graecarum magnum praesidium *Io. Albert. Fabricius* biblioth. Gr. volumini octauo inseruit, sic ait pag. 53. Σῶμα δὲ Αἰγύπτιον παραδιδὰς Θρακίοις πνεύμασιν, ὅρα τί δράσεις. *Tu, quando Aegyptium hominem Thraciis committis ventis, vide quid agas.* Quid? quod σῶμα ἀνθρώπου pro ἄνθρωπος dixerit *Herodotus*, cuius verba sunt lib. I. pag. 15. A. editionis secundae Henr. Stephani: ὡς δὲ καὶ ἀνθρώπου σῶμα ἓν οὐδὲν αὐταρκές ἐστι. τὸ μὲν γὰρ ἔχει, ἄλλου δὲ ἐνδεές ἐστι. Quem hic vocat σῶμα ἀνθρώπου, eum aliquoties antea salutauerat ἄνθρωπον.

XVI.

ΥΙΟΣ, *Filius.* Genus dicendi singulare est, quando Marci III. 28. Ephes. III. 5. υἱοὶ ἀνθρώπων, loco ἄνθρωποι, generatim pro omnibus omnino adhibentur hominibus, quod ab Ebraeis ortum esse, confitentur viri in his studiis exercitati, *Io. Olearius* de stilo N.T. pag. 39. *Io. Christoph. Wolfius* in Curis Philolog. pag. 159. & *Moses Solanus* in dissertatione, quae Seb. Pfochenio est opposita pag. 312. seq. Est alia locutio, οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ Matth. XXVII, 9. Actor. V. 21. VII, 23. IX. 15. X. 36. Rom. IX. 27. 2. Corinth. III. 7. Apoc. II. 14. VII. 4. XXI. 12. conuenientior illa & propius accedens ad υἱέας Ἀχαιῶν hoc est *Graecos*,

qua Homerus vtitur, vel Αἰθώπων παῖδας, ac ſimiles, quas apud τὸν Θύραθεν inuenias, docentibus uiris doctis, iam cum laude nominatis. Adde Λιβύων παῖδας ex *Arriano* de venatione cap. 24. pag. 215. ac Αἰγυπτίων παῖδας ex *Horapollinis* hieroglyhicis I. 10. pag. 18. Occurrunt porro in ſacris libris υἱοὶ τῆς ἀπειθείας Epheſ. II. 2. V, 6. Coloſ. III. 6. υἱοὶ τοῦ φωτὸς Luc. XVI. 8. Ioan. XII. 36. 1. Theſſ. V. 5. etiamque ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας 2. Theſſal. II. 3. queis gemina in ſcriptis exterorum fruſtra inquiras, quum originem ſuam orientalibus debeant populis. Verum haec ſatis excuſſit diligentia commentatorum, in qua nobis acquieſcendum erit, ſi vnum adhuc alterumue minus obuium vocis υἱὸς pleonaſmum indicauerimus. Prior eſt in Matth. XXI. 5. vbi πῶλος indicat pullum animalis, prout paullo ante com. 2. dictum ſimpliciter erat εὑρήσετε ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον μετ' αὐτῆς, & ibidem com. 7. ἤγαγον τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον, & Ioan. XII. 15. πῶλος ὄνου. quia vero ſexus diſcrimen ſignantius indicandum erat, υἱὸς additum eſt, quod LXX. neglexerunt interpretes, ex quorum alioquin verſione cetera iſtius commatis ſunt depromta. Alterum exhibet S. Ioannes Apocal. XII. 5. ἔτεκεν υἱὸν ἄρρενα. Sane alterutrum hic abundat. Nam & *maſculus* dicitur filius non filia, & *filius* non poteſt eſſe niſi de ſexu nobiliore. Nihilominus in eandem mentem legimus apud *Ariſtophanem* Ἐκκλησιαζούσας v. 547.

Μὴ Φροντίσῃς. ἄρρεν γὰρ ἔτεκε παιδίον.

& *Alciphronem* lib. III. epiſt. 63. μηνὶ πέμπτῳ μετὰ τοὺς γάμους τέτοκεν αὐτῷ τὸ γύναιον παιδίον ἄρρεν.

ΦΥΣΙΣ, *Natura*. Siue per γένος explicare volueris vocabulum τῆς Φύσεως, ſiue alio quocunque modo, redundabit ſemper, quantum iudicare valemus, in epiſtola S. Iacobi III. 7. Etenim illic πᾶσα Φύσις θηρίων τε καὶ πετεινῶν, ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων, δαμάζεται καὶ δεδάμασται τῇ Φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ per circumlocutionis abundantiam nominatur, pro πάντα θηρία τε καὶ πετεινὰ, ἑρπετά τε καὶ ἐνάλια δαμάζεται καὶ δεδάμασται ἀνθρώποις. Eadem plenitudo vocis huius noſtrae offert ſe in elegantiſſimis auctoribus, ſcilicet in *Himerii* ſophiſtae oratione nuptiali, quam publici iuris omnium primus fecit Cl. Praeſes meus,

meus, in catalogo bibliothecae Vffenbachianae parte 2. pag. 593. §. 8. Δευτέρας δὴ γάμος μετ' αὐτὸς Ὠκεανῷ καὶ Τηθύϊ ἡ Φύσις ἔδειξεν. In *Theophylacti Simocattae* epist. XI. ἡ δὲ τῦ παμφάγυ πυρὸς Φύσις τὴν ὁρμὴν εἶχεν ἀχάλαστον. In *Aeliani* var. hist. II. 33. Τὴν τῶν ποταμῶν Φύσιν, καὶ τὰ ῥεῖθρα αὐτῶν ὁρῶμεν. In *Basilio*, Seleuciae in Isauria episcopo, huiusque sermone εἰς τὸ, τίνα με λέγυσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τῦ ἀνθρώπυ, pagina 215. vbi de miraculis per Mosen editis agit: ποταμὸς μεταβάλλεται, καὶ θάλασσα σχίζεται, καὶ πελάγη πεζεύεται, καὶ Φύσις κυμάτων, ἀνθρώπων ἴχνη διδάσκεται. In *Constantini* Porphyrogennetae imperatoris prestantissimo, & numquam adhuc edito volumine de officiis aulae & ecclesiae Constantinopolitanae, quem thesaurum seruat vir illustris & communis litteratorum Maecenas ZACH. CONR. ab VFFENBACH, lib. I. capite tertio, folio 15. b. Θεόσεπτοι εὐεργέται, ἡ τριὰς ἡ τρισάγιος τὰς νίκας ὑμῶν πληθύνει, ὁ βαπτισθεὶς ὑπὲρ ὑμῶν κατὰ σάρκα, καὶ ἁγιάσας τὴν Φύσιν τῶν ὑδάτων. In *Theonis Smyrnaei* Mathematicis pag. 16. οἱ νῦν βαφεῖς - - πρῶτον μὲν ἐκλέγονται ἐκ τοσύτων χρωμάτων μίαν Φύσιν τὴν τῶν λευκῶν. *Ismael Bullialdus* ea sic Latine conuertit, vt vocem Φύσις non expresserit. Verba versionis sunt: *Tinctores nostri, vbi lanas purpureo inficere colore destinauerint, primum ex sexcentis coloribus albos deligunt.* Pariter in *Galeni* libro XI. de vsu partium cap. 14. pag. 578. A. ἤδη δὲ καὶ περὶ τὴν τῶν αἰδοίων Φύσιν, αἱ τρίχες ἅμα μὲν ἐξ ἀνάγκης ἐγένοντο. vbi hoc ipsum Φύσεως vocabulum interpres editioni Graeco Latinae Parisiensi additus non attendit; sicuti in *Achille Tatio* lib. VII. pag. 431. ὅπερ Φύσει τῶν ἀτυχύντων ἐστὶ φάρμακον, *Hannibal Cruceius* nude ac recte transtulit: *quae vna est infelicibus viris malorum allenatio.* Etiam in *Horapolline* I. 70. ἡ τῶν χροκοδείλων Φύσις sunt *crocodili*; prout hactenus adducta exempla omnia nihil valent aliud, quam Ὠκεανὸς καὶ Τηθὺς, πῦρ, ποταμοὶ, κύματα, ὕδατα, χρώματα, αἰδοῖα, ἀτυχῦντες, nisi quod adposita voce Φύσις sint sonantiora. Absque hoc additamento dicitur statim a S. Iacobo, τὴν γλῶσσαν δαμᾶσαι, & ab *Hesychio Milesio* de rebus patriis CPoleos pag. 53. ἵππους δαμάζειν, & a *Xenophonte* memorabilium lib. IIII. post initium, & longe adhuc pluribus, studio hic praeter-

termissis. Neque tamen φύσεως vox sua caret elegantia, sed *ingenium* in huiusmodi locutionibus notat. Sic φύσις τόπου in *Luciani* Nerone pag. 799. τῆς θαλάττης φύσις, ibid. pag. 801. τῦ χωρίυ φύσις in *Arriano* de exped. Alex. M. lib. V. pag. 358. & φύσις τῆς χώρας in *Iuliani* imperatoris oratione septima pag. 205. D. & in *Isocratis* Busiride pag. 530. φύσεις καρπῶν καὶ δένδρων in eiusdem Areopagitico pag. 366. φύσις τῆς κρήνης in *Himerii* oratione nuptiali sect. XI. col. 597. ἡ ἀριθμῦ φύσις, in altera illius oratione, Πολεμαρχικὸς inscripta, sect. 18. col. 619. & sect. 25. col. 623. Latini scriptores vel *naturam* vocant, vt *Cicero* ad famil. lib. I. epist. 7. *naturam prouinciae*, ac *Plinius* hist. nat. XII. 14. pag. 251. b. *concreta densatur*, (turis arbor) *vbi loci natura poscat*; vel etiam *ingenium*, vt *ingenium loci, collis, metalli, herbarum*, dicunt. Testimonia si requiras, magno illa numero suppeditabit *Theodorus Sitzmannus* ad Boethium de consol. philosophiae pag. 201, & *Caspar Barthius* ad Rutilii itinerarium pag. 110.

XVII.

ΨΥΧΗ, *Anima*. Vacat, quando ponitur pro *toto homine*, quemadmodum Act. II. 41. & 43. III. 23. XXVII. 37. 1. Petr. III. 20. quo sensu vsurpauit *Euripides* in Hecuba v. 87.

Ποῦ ποτε θείαν Ἑλένυ ψυχὰν
ἢ Κασάνδρας ἐσίδω,

id est, *Helenum* & *Cassandram*. Pedestri sermone vtentes Graeci eodem modo loquuntur, quos videre licet in *Lamb. Bos* exercitationibus Philologicis pag. 69. *Georg. Raphelii* adnotationibus Polybianis pag. 309. *Ger. Io. Vossii* instit. orator. lib. IIII. 8. pag. 141. *Io. Conr. Schuvarzii* notatis ad Olearium de stilo N.T. pag. 28. Aliter se res habet in phrasibus σῶσαι τὴν ψυχὴν, aut ἀπολέσαι ψυχὴν, ibi enim ψυχὴ *vitam* notat in Matth. X. 39. XVI. 25. Marc. III. 4. IIX. 35. Luc. VI. 9. IX. 24. 56. XVII. 33. & alibi, itemque in optimis Graecorum scriptorum. *Xenophon* de republ. Lacedaem. p. 683. C. περὶ τῆς ψυχῆς εἰς ἀγῶνα καταστῆσαι, *in iudicium de vita vocare*, & pag. 684. D. θεὸς γὰρ τὺς γέροντας

τας χυρίας τῦ περὶ τῆς ψυχῆς ἀγῶνος, *senioribus facultatem concedens de vita iudicandi.* Et *Isocrates* oratione περὶ τῆς ἀντιδόσεως p. 314. C. editionis Henr. Stephani : περὶ ψυχῆς ἀνθρώπε διαζεσθαι, *de vita hominum iudicium instituere.* Ipsissima phrasis integra σῶσαι τὴν ψυχὴν in *Lysia* extat orat. V. pag. 74. seq. Ἀνδοκίδης δὲ ἔχει τὰ μήνυτρα παρ' ὑμῶν, σώσας τὴν αὑτῦ ψυχὴν, ἑτέρων διὰ ταῦτα ἀποθανόντων. in *Lesbonactis* προτρεπτικῷ λόγῳ pag. 210. ὃ μόνον τὴν αὑτῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν οἴκοι μενόντων ψυχὰς σώζει. in *Euripidis* Oreste v. 627. ἣν ψυχὴν ἐμὴν σώσῃς, ac ei opposita locutio in eiusdem Hippolyto v. 439.

Κἄπειτ' ἔρωτος ἕνεκα τὴν ψυχὴν ὀλεῖς;

in *Alciphronis* lib. II. epist. 1. pag. 204. ἀφεῖσα πάντα καὶ τὴν ψυχὴν ἐμαυτῆς, in *Aristidis* πρεσβευτικῷ πρὸς Ἀχιλλέα pag. 28. προϊέναι τὴν ψυχὴν, in *Aeliani* opere de animalibus VII. 15. pag. 424. πρότερόν γε τὴν ψυχὴν ἀπολείποιεν ἄν, ἢ τὰ τέκνα. denique in *Luciani* encomio Demosthenis pag. 703. τὴν ψυχὴν ὑποθεῖναι ταῖς τῆς πατρίδος ἀδήλοις τύχαις. Adpingamus ad extremum verba *Hieronymi Magii* ex Miscellaneorum lib. I. cap. 12. *Quum postea*, inquit, *animaduerterem Latinos auctores, qui elegantius loquuti sunt, Graecosque, simili loquendi modo vsos fuisse, vt Sallustium in Catilina, vbi inquit*, Quod si virtuti vestrae fortuna inuiderit, cauete ne multi animam amittatis, *& Probum in Epaminonda, vbi de eius obitu loquitur; Homerum iliad. lib. 24. Musaeum in libello de Herone & Leandro, & alios; coepi rem attentius pressiusque considerare, &* animam *pro* vita *accipiendam censui, &* reliqua.

ΩΝ, *Existens.* Est περισσότης in hoc participio, quam obseruauit diligentia *Io. Christoph. Wolfii* in Curis Philog. ad Actor. XXIIX. 17. pag. 1391. scribentis : *Subtiliora sunt, quae pro interpretatione sua ex addita voce ὄντας affert vir doctus* (Campeg. Vitringa) *nec ei quicquam praesidii adferunt. Certe nullam talem emphasin in eadem phrasi, Lucae alias familiari, inuenire me posse fateor. Sic enim v. 17.* ἡ οὖσα ἄρτεσις τῶν Σαδδυκαίων. *Idem iudicandum puto de phrasi Act. XIII. 1.* κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν *& XV. 2.* καὶ αὐτοὶ προφῆται ὄντες *item XIX. 35.* τὴν Ἐφεσίων πόλιν νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης θεᾶς, &c. *Manifestum est,*

in omnibus illis, & aliis eiusmodi locis, vocem οὖσα vel ὄντες sine sensus detrimento vllo abesse posse; tantum abest, vt contextui quidquam momenti addant. Quae verissima esse omnia nemo diffitebitur, nisi qui cum ignorantia adhuc decertat. Et quamuis nihil momenti adferat hoc participium sermoni insertum, pleniorem tamen illum & grauiorem efficit, eoque a multis vsurpatur. Horum ex numero sunt sequentes: *Palaephatus* περὶ ἀπίστων capite 29. εἰ γάρ ποτε τοιοῦτον ζῶον ἦν, καὶ νῦν ὢν εἴη, vt editio habet Francofurtana *Paulli Patris*, sed Amstelodamensis, quae cura *Cornelii Tollii* exiit, legit pag. 64. ἂν εἴη, ac rectius, vt videtur. Quare certiora proferamus. Iacet hic pleonasmus apud *Dionem Chrysostomum* oratione LXIIX. pag. 620. A. B. vbi primum σκυτοτόμον ὄντα, & ἄδικον ὄντα nominat, deinde vero ἄφρονα, simpliciter & absque hac μετοχῇ. Porro apud *Procopium* de bello Vandalico II. 26. pag. 298. D. ὅ γάρ πω ἐθὰς τῷ θεάματι τοῦτο ἐτύγχανεν ὤν, & *Hippocratem* περὶ ἀφόρων pag. 252. A. γυναικὶ νέῃ οὔσῃ, ῥόον ἐρυθρὸς ὀχλεῖ, & *Flauium Iosephum* antiquit. lib. XI. cap. 8. in fine: τὰ μὲν δὴ περὶ τοὺς Ἱεροσολυμίτας ἐν τούτοις ἐτύγχανεν ὄντα, & *Athenaeum* lib. XIII. pag. 591. D. εἷς ὢν τῶν Ἀρεοπαγίτων, & apud *Isaeum* oratione prima pag. 363. Κλεωνύμῳ δ' ὄντι, ὦ ἄνδρες, διαφόρως ὢν ἔτυχεν. Mox pag. 364. δεδιὼς μὴ τελευτήσειεν αὐτὸς ἔτι παῖδας ἡμᾶς καταλιπών, καὶ τῆς οὐσίας ἡμετέρας οὔσης γένοιτο κύριος. Tum & apud *Theophylactum Simocattam* historiae Mauricianae IIX. 11. pag. 407. & seq. Χάρτης σφραγίσιν ἐνειλημένος εὑρέθη Μαυρικίῳ τῷ αὐτοκράτορος, ἐν ᾧ ἐτύγχανεν ὢν διαθέμενος. Carion de filio suo apud *Aristophanem* in Pluto v. 35.

Τὸν δ' υἱὸν, ὅσπερ ὢν μόνος μοι τυγχάνει.

Adhibuit etiam *S. Basilius* ὁμιλίᾳ πρὸς νέους cap. 14. καὶ μὲν δὴ κἀ χαλκευτικόν τινα ἢ τεκτονικὸν ὄντα τῷ κατὰ τὴν τέχνην ἐφίεσθαι τέλους, atque *Aristides* κατὰ τῶν ἐξορχουμένων pag. 106. τὴν οὖσαν ὁδὸν τὸν λόγον δεικνύντες. In Latina autem versione hoc participium non semper exprimi, vetus est Syntacticorum praeceptum.

PLEO-

PLEONASMI VERBORVM.

XIIX.

ΑΝΙΣΤΑΣΘΑΙ, *Surgere.* Quandoquidem hoc etiam verbum inter τὰ πλεοναζοντα reposuit *Ludouicus de Dieu*, & vero constitutum apud animum nostrum habemus, nullum ab aliis adnotatum pleonasmum, siue genuinus ille sit, siue spurius, studio praeteruehere, ideo, quid viro docto visum fuerit, huc transscribemus, ex animaduersionibus ipsius in Acta V. 17. pag. 42. *Syrus & Arabs - - non verterunt illud ἀναστάς. an ergo non legerunt? arbitror potius, consulto praeteriisse, vt vacare hic indicarent. Vt enim* קום *Hebraeis, sic Hellenistis ἀνίστημι non semper situm personae indicat, quae sedens antea iacensue stare incipit, id est, surgit, sed saepe nouae actionis initium & primordium, & tum - - vacat. Sic Actor. VI. 9.* ἀνέστησάν τινες συζητοῦντες, surrexerunt disputantes, *id est, inceperunt disputare, disputarunt.* Sed haec ἀπροσδιόνυσα videntur. Graeci sane interpretes vtrumque horum locorum ita exposuerunt, vt non obscure adpareat, eos magnam tribuisse isti verbo emphasin. Namque *S. Chrysostomus* homilia XLII. in Acta p. 119. ἀναστὰς in priore loco interpretatus est: διεγέρθη κινηθεὶς ἐπὶ τοῖς γενομένοις, quem secutus est *Theophylactus*; in posteriore ἀνέστησαν idem Chrysostomus homil. XV. pag. 138. declarat per ἀνάστασιν, τὸν παροξυσμὸν αὐτῶν λέγει καὶ τὴν ὀργήν: cum quo facit *Oecumenius* p. 29. & 34. atque sic etiam *Isaacus Casaubonus* intellexit, ad Actor. V. 17. Quod de composito verbo ἀνίστημι Lud. de Dieu statuit, illud de simplici ἵστημι alius vir doctus iudicat, ad Luc. XIIX. 11. pag. 148. commentans: *Quod non obiter attendi debet, illud* σταθεὶς *manifesto redundat in hoc loco, nullaque in eo emphasis quaerenda.* Tum loca subnectit ex Luc. XIX. 8. Actor. II. 14. V. 20. XI. 13. XXII. 25. XXV. 18. Ioan. XIIX. 18. 25. Denique addit: *quin nil apertius, quam locus Marc. XI. 25.* ὅταν στήκετε προσευχόμενοι. At vero non eiusdem census sunt hi loci, nec vel ille ex Act. V. 20. σταθέντες λαλεῖτε ἐν τῷ ἱερῷ, vel alter ex S. Marco

στήκε-

σήκετε προσευχόμενοι huc trahi debet, quoniam ſtare quondam in templo Hieroſolymitano debebant omnes, ac nemo, praeter vnicum regem ex ſtirpe Dauidica deſcendentem, ſedere; ſicuti & ordinario preces a Iudaeis ſtando recitabantur, quod infra ad verbum Εἶναι oſtendemus. Neque in reliquis adductis locis verbum hoc praeſens prorſus eſt otioſum. Non ſane in vtroque Ioanneo textu, niſi & ſuperfluum eſſe velimus in *Plutarchi* Lucullo pag. 501. C. κελεύσας ἐν χιτῶσιν αἰζώσοις ὀρύξαι δώδεκα ποδῶν τάφρον, ἐφεσώτων καὶ θεωμένων τῶν ἄλλων στρατιωτῶν.

ΑΠΟΚΡΙΝΕΣΘΑΙ, *Reſpondere.* Saepius παρέλκει, ſubſequente εἶπεν aut ἔλεγεν, quam vt loca veritatis Graecae, in queis πλεονασμὸς ille conſpicitur, indicari nunc poſſint omnia. Sufficiat indice digito monſtrauiſſe quaedam ex S. Lucae ſcriptis: hunc enim *Graeci ſermonis non ignarum* vocat S. *Hieronymus* in catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum cap. 7. immo, *inter omnes Euangeliſtas eruditiſſimum* adpellat epiſt. 145. ad Damaſum, atque *ſermonem eius tam in Euangelio quam in Actis comtiorem & ſaecularem redolere eloquentiam*, ſcribit idem commentario ad Ieſaiae VI. Vide itaque ex euangelii huius Lucae cap. I. 19. 35. 60. IIII. 8. 12. V. 5. 22. 31. VI. 3. VII. 22. 40 43. IIX. 21. 50. IX. 19 20. 41. 49. X. 27. 41. XI. 7. 45. &c. ex Actis vero cap. IIII. 19. V. 29. IIX. 24. 34. 37. XV. 13. &c. Nec ignotum plane hoc dicendi genus fuiſſe ſcriptoribus exteris, animaduertit *Horat. Vitringa* pag. 239. & cum primis V. C. *Io. Conr. Schvvartzius* in adnotatis ad Ioan. Olearium de ſtilo N.T. pag. 14. ac ſeqq. vbi locus Platonis in Protagora maxime eſt obſeruandus. Alias ἀποκρίνεσθαι, iunctum cum *dicendi* verbo, nihil aliud quam *loqui*, *ſermonem ordiri* deſignat, quod pridem docuerunt viri docti, ac ex Matth. XI. 25. & Marci XI. 14. liquido adparet, vt loca praetermittamus alia, vbiuis per ſacrum noui Foederis codicem diſperſa.

ΑΡΧΕΣΘΑΙ, *Incipere.* Praeter neceſſitatem adponi nonnunquam hoc verbum ad aliud verbum in infinitiuo, nec tam actionis initium, quam actionem ipſam, deſignari, ex frequentiſſimo conſtat vſu. Nos paucis erimus contenti ſpeciminibus. Apud S. Marcum VI. 34. verbis, ἤρξατο διδάσκειν

σχεν αὐτὸς πολλὰ, totus denotatur Saluatoris ſermo, ſicuti ibidem XI. 15. per ἤρξατο ἐκβάλλειν integer eiectionis actus indicatur, quem vnico verbo ἐξέβαλε Matthaeus XXI. 12. expreſſit, & Actor. XI. 15. ἐν δὲ τῷ ἄρξασθαί με λαλεῖν, ἐπέπεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτὸς, non exordium concionis Petrinae innuitur, ſed hoc potius, quod poſt longam ſatis orationem, a S. Petro habitam, poſtremo denique illapſus in auditores fuerit ſpiritus diuinus; de quo dubitare nos haud ſinunt ea, quae capite antecedente decimo, commate 44. memorantur, vbi non ἀρξαμένῳ τῷ Πέτρῳ λαλεῖν exſtat, ſed plane, ἔτι λαλοῦντος τοῦ Πέτρου τὰ ῥήματα ταῦτα, ἐπέπεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον. Ac verum hunc eſſe pleonaſmum confitentur peritiores omnes, qui proinde crebram frequentationem eius & ex ſacris, & gentilium ſcriptis, nobis inſinuarunt. Multus in eo aperiendo eſt celeberrimus *Wolfius* diuerſis Curarum Philologicarum locis, potiſſimum autem ad Marci X. 47. XI. 15. pag. 507. ac Actor. I. 1. pag. 1002. Vidit eundem confirmauitque idoneis teſtimoniis *Eraſmus Schmidius* ad Matth. XI. 7. pag. 186. nec non *Iſaacus Caſaubonus* ad Luc. I. 1. & ad Actor. I. 1. ac poſt hunc non pauci alii recentiorum interpretum, ex quibus nominaſſe ſatis erit ad inſtitutum noſtrum Cl. *Raphelium* in adnotationibus Polybianis ad N. T. pag. 63. *Georg. Frid. Heupelium* ad S. Marci XI. 15. pag. 309. & *Iacobum Elſner* in obſeruat. ſacr. tomo I. pag. 135. quorum obſeruatis adiungimus *Caſſianum Baſſum* in Γεωπονικῶν lib. I. cap. 1. in fine: πλειάδων δὲ ἐπιτολὴ τότε ἄρχεται γίνεσθαι, hoc eſt, τότε γίνεται. Audiamus ex abundanti *Caſp. Barthium* aduerſar. III. 13. col. 134. verba in Act. I. 1. ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν conſiderantem, atque ſic exponentem: *Quae fecit Ieſus; eſt enim conſuetudo loquendi recepta*, cepit facere, *fecit*. *Sulpicius Seuerus dialogo* III. Paterfamilias duodecennem, ab vtero mutam puellam Martino cepit offerre, poſcens vt linguam ligatam (meritis ſuis) ſanctus abſolueret. Hactenus adnotatio *Barthii*. Quam Latinorum conſuetudinem tradit quoque laudatus paullo ante *Schvvartzius* ad Olearium pag. 17. & ſequente.

ΓΙΝΕΣΘΑΙ, *Eſſe, Fieri*. Habet hoc verbum pleonaſmi imaginem, participio quodam comitatum, veluti in Marci I, 4. ἐγένετο Ἰωάννης

βαπτί-

βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, quod idem valet ac ἐβάπτιτε, ſed absque Ebraiſmi indicio, quem fruſtra heic nonnulli quaerunt. Γίνεθαι enim moram potius longam inuoluit, & *continuatum actum*, vt *Hugo Grotius* opinatur, vel *exſiſtendi & prodeundi* notionem obtinet, quod *Ioachimus Camerarius* arbitratur, vel ſignificatum habet *agendi, degendi*, quod video placere *Eraſmo Schmidio*, prouocanti ad Ioan. I. 28. Ταῦτα ἐν Βηθαβαρᾷ ἐγένετο πέραν τᾶ Ἰορδάνε, ὅπου ἦν Ἰωάννης βαπτίζων, quae ſic exponit: *vbi degebat Ioannes, baptiſmum exercens.* Ad haec verbum noſtrum redundat in ſolemni illa formula, quae narrationum hiſtoricarum exordia occupare ſolet, καὶ ἐγένετο, Matth. IX. 10. XI. 1. XIII. 53. XIX. 1. XXVI. 1. Marc. II. 15. 23. Luc. I. 41. 59. IX. 18. 29. XI. 1. XIIII. 1. XVII. 11. 14. XIX. 15. 29. XX. 1. XXIIII. 4. 15. de qua locutione *Camerarius* ad Luc. II. 46. ſcripſit: πλεοναζει τὸ, ἐγένετο, *phraſi Ebraica. Euenit, vt poſt triduum inuenirent puerum.*

XIX.

ΔΟΚΕΙΝ, *Exiſtimare.* Haud infrequentem in ſacris huius pleonaſmi vſum eſſe, monſtrauit Cl. Praeſes meus obſeruat. ſacr. lib. I. p. 52. & lib. III. pag. 14. ſeq. ac poſt hunc diligentiſſimus I. C. *Wolfius* tam in Curis Philolog. ad Matth. III. 9. pag. 55. 56. & ad Marci X. 42. quam in adnotatis ad Caſauboniana pag. 287. & V. C. *Hombergk* in Paergis ſacris ad Marci X. 42. vnde repeti exempla huius verbi πλεοναζοντ@ poterunt, & comprobationis loco ſequentia adſcribi. *Lucianus* in vita Demonactis philoſophi pag. 859. ſeq. καὶ τὰς μὲν εὐτυχεῖν δοκοῦντας, *qui ſecunda fruebantur fortuna*, queis continuo e regione locauit τὰς πενίαν ὀδυρομένας. *Zoſimus* I. 40. pag. 66. de Claudio nondum imperatore: ὃς μετὰ βασιλέα τῶν ὅλων ἐπιτροπεύειν ἐδόκει. *Xenophon* memorabil. lib. IIII. poſt initium, de equis agens: αἱ ἄγιαι δοκοῦσαι εἶναι φύσεις, quos e veſtigio vocat τῶν ἵππων τὰς εὐφυεςάτας, neglecto verbo noſtro. *Dionyſius Halicarnaſſenſis* originum Romanarum libro IIII. pag. 208. ἔτ@ ἔδοξεν ἀγωνίσαθαι καλῶς, ὥςε περιβόητ@ εὐθὺς γενέθαι. *Polybius* X. 3. pag. 804. αὐτὸς εἰσελάσαι παραβόλως δοκεῖ καὶ τολ-

τολμηρῶς εἰς τὰς περιεχυμένας, vbi δοκεῖν *Isaacus Causabonus* neglexit inter vertendum. *Strabo* Geograph. lib. IIX. pag. 340. Μεσσήνιοι περὶ τὰς παρθένας ὑβρίσαι δοκοῦσι. Nullus hic *existimationi* locus est, sed veritati: sequitur enim μετὰ δὲ τὴν ὕβριν ὁ διδόντων δίκας τῶν Μεσσηνίων. quare & illud δοκοῦσι *Conr. Heresbachius* in Latina versione omisit. *Dio Prusaeus* oratione LXIIX. pag. 620. D. ὁ φόβῳ τοῦ κλέπτειν ἀπέχεσθαι δοκῶν, *qui metu a furando abstinet*, vertente *Thoma Naogeorgo*. Similiter quoque *Galenus* libro de curandi ratione per venae sectionem cap. 6. tomo X. operum pag. 434. E. εἰς ὅσον γὰρ ἑαυτῷ βαρύτερον ὁ ἄνθρωπος εἶναι δοκεῖ - - κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, εἰς ὅσον ἡ τονώδης αἴσθησις ηὔξηται. vbi in posteriore propositione verbum δοκεῖν non est adpositum. *Collector scriptorum* Graecorum *de re rustica* lib. XX. cap. 46. ineunte: ὃ ἂν δόξῃ λεπτὸν εἶναι, quae in nouissima Cantabrigiensi editione sic redduntur, *quicunque tandem parui fuerint*, recte, & ad mentem auctoris.

ΔΥΝΑΣΘΑΙ, *Posse*. Quod Marcus VI. 5. pluribus vocabulis enuntiauit: Καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι, εἰ μὴ ὀλίγοις κ.τ.λ. illud paucioribus, & suppresso etiam verbo δύνασθαι, effert Matthaeus XIII. 58. hoc sermonis filo: Καὶ οὐκ ἐποίησεν ἐκεῖ δυνάμεις πολλάς. Rursus denuo, quod Ioannes XII. 39. dicit, οὐκ ἠδύνατο πιστεύειν, illud ipsum paullo antea, commate puta 37. eodem manente sensu, iam dixerat, οὐκ ἐπίστευον. Atque haec permutatio in gemino isto exemplo satis est clara; pro qua militat *Dan. Heinsius* in Exercit. sacr. lib. IIII. cap. 4. pag. 219. qui pluribus eandem munit exemplis. Dubitauit tamen vir quidam doctus ad S. Marci allegatum textum commentans: *Theodor. Hornius in Apospasmatiis Philologicis* §. 5. *contendit* τὸ, οὐκ ἠδύνατο ποιῆσαι *idem hic esse, quod* οὐκ ἐποίησε. *Prouocat is ad Matth. XIII. 58. qui hac phrasi simpliciter vtitur. Conf. alios idem sentientes apud Petauium tom. III. dogmat. Theol. pag. 243. Sed inde tamen non puto confici, quod Marcus nihil amplius hic innuere voluerit, nisi probetur,* τὸ δύνασθαι *pleonastice alias vsurpari solere, quemadmodum* τὸ ἄρχεσθαι, θέλειν & *similia*. Id vero iam probatum ex Ioanneo loco, & ab *Heinsio* ex Luc. XVI. 2. qui alium quoque ex LXX. versione ad Genes. XIX. 22.

produxit. Si peregrinos scriptores desideraueris, qui pleonastice adhibuerint τὸ δύνασθαι, dabimus tibi auctorem τῆς ἐξηγήσεως ὅλκ τῦ κόσμκ καὶ τῶν ἐθνῶν, pag. 30. scribentem: ἢ ἐν αὐτῇ ἔχουσα, οὐχ ὅτως ἄλλοις ἀρκεῖν δύναται. Noua interpretatio *Iac. Gothofredi* probe ita conuertit: *quae sibi quidem sufficiens, non etiam aliis sufficit.* Subiungit confestim de Attica: μᾶλλον τῇ φήμῃ τῶν μαθήσεων καὶ λόγων δοξάζεσθαι δύναται. vbi iterum eadem versio: *doctrinae & eruditionis fama magis clara est.* Par sermo est *Galeni* libro de affectuum renibus insidentium dignotione & curatione cap. 6. pag. 541. D. tomi decimi operum: τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ὑγρὰ, ἢ ὐδὲν πρὸς ἀνάτρεψιν συντελῦσιν, ἢ καὶ ἐναντιῦνται τὰ πλείω. μόνος δὲ ὁ οἶνος δύναται τρέφειν, id est, τρέφει, sicuti de praecedentibus dixerat συντελῦσιν, ἐναντιῦνται, sine assumento verbi δύνασθαι. Par sermo *Aretaei* de morborum acutorum curatione lib. I. cap. 6. pag. 162. qui primum quidem ait: ἢν δὲ μὴ δύνηται ὧδε καλαπιεῖν, deinde vero, non vtens verbo nostro, sic fatur: ἢν δὲ μηδὲν καλαπίνωσι. Par etiam *Dioscoridis* περὶ ὕλης ἰατρικῆς initio libri septimi (siue genuina sit & certa illa librorum distinctio, vt *Casauboniana* volunt pag. 15. & seq. siue spuria ac reiicienda, vt *Erasm. Schmidius* ad Ebr. XII. 1. pag. 1337. a. & viri docti hodie contendunt) ὃν τάξαντες δὴ (λόγον) προδείξομεν τὰ εἰωθότα παρακολυθεῖν. τά τε δυνάμενα βοηθεῖν πρὸς ἕκασον. *Ioannes Ruellius* interpretatur: *quo prius tradito, simul quae sequi signa consueuerunt, praemonstrabimus: tum quae nonnihil auxilii ferunt*, nulla prorsus, vti videmus, verbi δύνασθαι habita ratione. Cuius versionem, hoc equidem loco, retinuit *Petr. Andreas Matthiolus* pag. 750. Par quoque sermo τῶν Βασιλικῶν maiorum libro LX. tit. 27. de Receptatoribus, tomo septimo pag 522. C. Ἐὰν δὲ διὰ τὸ πλῆθος τυχὸν ἐκείνων, οἵτινες ἐν τῷ κτήματί εἰσι, τὴν πολιτικὴν βοήθειαν μὴ δύνασθαι ἀρκεῖν ἀποδειχθείη. Neque *Iacobus Cuiacius* δύνασθαι heic in Latina versione expressit, sed nude extulit: *Sin autem propter multitudinem forte eorum, qui in praedio sunt, ciuile auxilium non sufficere constiterit.* Par porro *Platonis* sermo, epistola 7. pag. 1278. C. ἐκ γὰρ τούτων τῶν ἠθῶν οὐδ' ἂν φρόνιμος οὐδεὶς ποτε γενέσθαι - - δύναιτο. *Marsilius Ficinus* latine conuertit: *Nemo enim, si in eiusmodi moribus nutria-*

nutriatur, vnquam prudens euadet. Par denique sermo est *Theonis Smyrnaei* in Mathematicis p. 20. μόνα δὲ ταῦτα παραδώσομεν, ὅσα ἱκανὰ πρὸς τὸ δυνηθῆναι συνιέναι τῶν γραμμάτων αὐτόν. *Ismaelis Bullialdi* translatio haec est: *Ea solummodo trademus, quae sufficiunt scriptis illius percipiendis.* Apud Latinos verbum *Posse* eodem redundare modo, commonstrauit *Gatakerus* in Cinno p. 43.

XX.

ΕΙΝΑΙ, *Esse.* Articam periphrasin, neutiquam vero Ebraismum, esse, quando hoc verbum, cum participio coniunctum, adhibetur loco vnius verbi, quemadmodum & in Latina translatione vnicum verbum usurpari commode potest, adeo comprobauit *Eras. Schmidius* ad Matth. VII. 29. pag. 158. & ad cap. XIX. 22. pag. 277. vt vel apud mediocriter doctos nullum iure supersesse possit huius rei dubium. Exemplorum in vniuerso N. T. hinc inde exstantium difficile est inire numerum, e quibus indicauisse nunc iam satis sit Matth. V. 25. X. 22. Marc. I. 22. & 39. X. 22. XIIII. 49. Luc. I. 21. V. 10 IIX. 40. XIX. 17. 47. XXI. 37. Ioan. I. 28. Actor. I. 13. II 5. 42. V. 25. XXII. 19. 20. 29. XXV. 10. & iisdem ex Actis X. 30. ἤμην νηστεύων, & XI. 5. ἤμην προσευχόμενος. Minime enim aures praebendae sunt *Sopingio* ad Hesychii lexicon pag. 423. a. satis audacter scribenti: *Actor. Apost. cap. X. 30. & XI. 5. & vers. 17.* ἤμην eram, *vertunt: sed non dubito, quin* ἤμην *legendum sit*, sedebam. quasi imperfectum esset verbi ἧμαι, *Sedeo.* Verum haec profecto vis est; immo haec lectio in vltimo loco sensum habet conuenientem nullum, deserunt praeterea illam in tribus hisce locis codices omnes vel ab *Io. Gregorio*, vel ab *Io. Millio*, vel ab *Henr. Wetstenio* in editionibus accuratissimis vsurpati. Adde, quod in Act. XI. 5. si temerariam hanc mutationem instituere volueris, ea ritibus precandi inter Ebraeos receptis, valde repugnaret, vtpote qui stando plerumque orabant. Est enim canon Talmudicus in *Berachoth* fol. 6. b. & fol. 26. praescriptus: אין עמידה אלא תפילה *Stare nihil aliud est, quam orare*; ac inter legitimae orationis requisita stationem collocat *Maimonides*

nides in Hilch. Thepillah, initio capitis quinti : אין מתפלל אלא מעומד Compara cum dictis eruditos commentatores ad Matth. VI. 5. & Marci XI. 25. & Luc. XIIX. 11. Quam sine dubio consuetudinem frequentarunt etiam Apostoli, ac speciatim, de quo sermo illis in locis est, S. Petrus, quem tempus quoque solemne, precibus apud Iudaeos adsignatum, obseruasse legimus Actor. II. 15. III. 1. X. 9. Tempus est iterum redeundi ad pleonasmum indicatum, quem aliquando emphasin inferre, aliquando vix vllam, exposuit graece doctissimus *Eras. Schmidius* indicata pag. 158. scribens : *Nulla quidem emphasis admodum est hoc loco* (Matth. VII. 29.) ἦν διδάσκων, *pro* ἐδίδασκε, *vt & Marci I.* 22. *Luc. IIII*, 31. *V.* 17. *ter. XIII*, 10. *XXI.* 37. *&c. vbi nuda potius actio vel passio concipienda est vnius actus, quam actionis aut passionis continuatio, aut in ea perseueratio. At in sequentibus* (quae longo profert ordine vir ἑλληνικώτατος) *duratio, perseueratio, continuatio, habitus, vel stabilitas quaedam notatur.* Quanto se oblectauerint opere in crebra pleoasmi huius vsurpatione elegantissima Graecorum ingenia, praeter testimonia cum ab eruditissimo *Eras. Schmidio*, tum ab illustri *Ezech. Spanhemio* ad Aristophanis Ranas v. 36. pag. 299. & *Iac. Elsner* ad Luc. I. 21. in medium producta, haec insuper docebunt apertissime. *Herodianus* l. 3 12. τὰς μὲν πειθοῖ ἐς συμμαχίαν προσηγάγετο, τῶν δὲ καὶ κρατήσας ἦν τοῖς ὅπλοις. *Alciphron* lib. III. epist. 55. pag. 408. ἦν γὰρ - - - Φέρων βακτηρίαν. *Palaephatus* περὶ ἀπίστων cap. XIIX. λέγουσιν, ὅτι Αἴολος ἦν κυριεύων τῶν πνευμάτων. *Libanius* epist. XIII. centuriae Wolfianae pag. 31. εἰς πεδίον ἴωθι προκαλούμενος. *Thucydides* initio libri primi, ἀκμάζοντές τε ἦσαν, ad quod *scholiastes* adnotauit, ἀντὶ τοῦ ἤκμαζον. *Conon* narratione XXIIII. pag. 263. ἦν ἐπιμένων καὶ δεόμενος. *Ioannes Cinnamus* libro IIII. pag. 303. διαμέλλων ὁ ῥήξ ἦν. *Manuel Bryennius* Harmonicorum libro primo ineunte, pag. 539. in Ioannis Wallis operum Mathematicorum volumine tertio : καὶ γὰρ ὁ καθ' ἑαυτὸν ἕτος μαχεσάμενος ἦν ταῖς τῶν φιλοπόνων ἀνδρῶν διανοίαις. Denique εἶναι cum seipso coniungitur, per superabundantiam, a *Luciano* in Demosthenis encomio pag. 704. μάλιστα μὲν γὰρ αὐτήκοος ἂν ἐβουλόμην παρὼν εἶναι νῦν. vbi *scholiasta* diserte notauit p. 50. παρέλκει τὸ εἶναι.

ΕΠΙ-

ΕΠΙΧΕΙΡΕΙΝ, *Adgredi.* Ingens Graecarum litterarum decus, *Isaacus Casaubonus*, ante omnes alios detexit hunc πλεονασμὸν in euangelio S. Lucae, eiusque exordio, ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι, quod perquam docte enucleans, viam posteris ad similia praestanda commonstrauit. *Interpretes*, inquit, *putant de Pseudapostolis loqui Euangelistam, propter verbum* ἐπεχείρησαν, *quasi innuat Lucas, hos quidem* ἐπιχειρῆσαι, *sed non* τελειῶσαι, *vt Theophylactus interpretatur. Et sane* ἐπιχειρεῖν, *si propriam significationem spectes, nihil aliud est quam* adgredi & incipere aliquid. *Verum si necessario ex eo consequitur hos, quod susceperant & instituerant, non perfeciſſe, quia* ἐπιχειρῆσαι *tantum dicuntur; quid dicimus de simili eiusdem Lucae loco, initio Actorum, vbi scripsisse se ait* περὶ ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν? *Fortasse ergo sunt ista simplicius accipienda, pro* ἀνετάξαντο & ἐποίησαν. *Nam & apud Latinos scriptores saepe* incipere facere, & instituere facere, *nihil aliud significat, quam facere, vt summus quidam vir recte obseruauit. Lucretius lib. V.*

Vt nostra quicquam causſa facere adgrediantur;

id est, ὥστε ἐπιχειρεῖν αὐτοὺς τὶ ποιεῖν ἡμῶν χάριν, *quod nihil aliud est, quam* facere *vel* gerere. Haec magnus ille Casaubonus, cuius interpretationem veram esse, ex simili prorsus & per omnia cum S. Luca conueniente patet loco *Theophili*, medici Christiani, quem nonnulli eundem esse Theophilum, ad quem S. Lucas tam Euangelium scripsit, quam Acta Apostolorum, existimant, sed male admodum, vti *Thomas Guidottus* in adnotatis ad illum p. 142. seqq. monet. Is vero *Theophilus* libellum suum περὶ ὕδρων ita auspicatur: Τὴν περὶ τῶν ὕδρων πραγματείαν πολλοὶ ἐκ τῶν ἀρχαίων ἰατρῶν ἐπεχείρησαν γράψαι, id est ἔγραψαν, recenset enim statim Hippocratem, Galenum, & Magnum Iatrosophistam, qui de hac materia scripserunt. Casauboni explicationem (vt eo redeamus) amplexus est, exemplisque ex Polybio hauſtis robustiorem reddidit *Georg. Raphelius* pag. 158. seqq. adprobante *I. C. Wolfio* in Curis Philolog. pag. 547.

ΕΥΡΙΣΚΕΙΝ, *Inuenire.* Nouum, & vix antea obseruatum, producimus verbum παρέλκον, si quidem auctoritate standum est *Io. Pricaei*, qui

qui in commentariis ad varios N.T. libros col. 407. verba S. Lucae XVII. 18. ὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες δοῦναι δόξαν τῷ θεῷ, sic illustrare conatur: *Honesta circumlocutio, pro* ὐχ ὑπέστρεψαν δοῦναι δόξαν &c. At enimuero frustra haec dici, & Graeca sic esse in Latinum mutanda: *nemone animaduertit eos rediisse*, aut, *num a nemine deprehensi sunt?* indicauit *Ias. Elsner* pag. 260.

XXI.

ΗΓΕΙΣΘΑΙ, *Arbitrari, Existimare.* Superuacuam huius verbi additionem docuit duobus in locis N.T. *Ioan. Posselius* in Syntaxi Graeca, cuius verba integra, prout ea in editione Lipsiensi an. 1704. leguntur, ex pag. 131. producere haud piget: *Hanc Graecam consuetudinem loquendi* (qua verbum & nomen coniungitur, ita vt in Latina versione sufficiat vnum verbum) *imitatus est Paullus Philipp. II. 6.* ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, ὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ. *Haec ad verbum expressa, admodum obscure sonant*: Qui cum esset in forma DEI, non rapinam arbitratus, esse aequalem Deo. *Sed sententia est*: Non rapuit aequalitatem DEI. *Posuit enim* ἡγήσασθαι ἁρπαγμὸν *pro* ἁρπάζειν, rapere. *Similis phrasis extat Ebr. X. 29* καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, *pro* κοινώσας vel κοινωσάμενος. Paullo ante Possellium eadem ratione locum Apostoli in litteris ad Philippenses exposuit *Victorinus Strigelius* ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ad epistolas S. Paulli aliorumque apostolorum pag. 184. Conuertit quippe verba ὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο, *Non rapuit*, ac haec subdit: *Thucydides* lib. IIX. Στρομβιχίδης λάμψακον ἀτείχισον ὖσαν ἑλών, καὶ σκεύη μὲν ἀνδράποδα ἁρπαγὴν ποιησάμενος, *Strombichides capto Lampsaco, quod non erat munitum, rapuit vasa & mancipia. Polybius* lib. I. μεταξὺ γὰρ ἐποιοῦντο τὸν πλοῦν τῆς ὠρίωνος καὶ κυνὸς ἐπιτολῆς, *Nauigabant inter vtriusque sideris Orionis & Canis ortum Heliacum, id est, emersionem ex radiis solis. Haec exempla, & alia multa, quae passim in Graecis auctoribus occurrunt, satis declarant, phrases, in quibus nomen verbo coniungitur, non semper anxie ad verbum reddendas esse, sed verbo quasi neglecto, nominis dumtaxat*

vim

vim exprimi oportere. Quid enim absurdius esset, quam hos locos, quos citaui, ita vertere, Fecit rapinam, Item, Fecerunt nauigationem. Intercedit autem *Erasmus Schmidius*, qui plus per ἁρπαγμὸν ἡγήσατο denotari putat, quam per simplex ἥρπαξεν, idque ex quatuor *Heliodori* locis comprobat; quae solo librorum indicio, non capitibus, non paginis simul vna ostensis, nominat, sed quae a cupidis lectoribus reperiri poterunt libro IIII. cap. 6. pag. 169. libro VII. cap. 11. pag. 322. & cap. 20. pag. 340. denique libro IIX. initio capitis septimi. Etsi vero Aethiopicorum scriptoris locos differre a locutione Paullina moneat *Io. Eduardi* in obseruationibus ad Whistoni nupera scripta, ac ex eo *Acta eruditorum Lipsiensia* supplem. tomo VI. sect. 3. pag. 106. seq. *Mericus* tamen *Casaubonus* in diatriba de verborum vsu inde a pag. 110. adusque pag 132. post longam tractationem inhaeret significationi verbi ἡγεῖσθαι, eandemque vrget *Lamb. Bos* in Exercitationibus Philologicis pag. 199. ac *Stephanus le Moyne* in obseruationibus ad Polycarpi epist. pag. 274. seq. praeeunte magni nominis viro *Io. Cunr. Dieterico* in illustram. N.T. volum. I. pag. 147. qui Strigelium, quamquam aperte haud nominatum, tacite nihilominus ita repellit: *Coronidis loco adpositam volumus phrasin illam Paullinam Philipp. II. 6.* ἁρπαγμὸν ἡγεῖσθαι. — — — *Non placent, qui istam ἰσοδυναμεῖν putant, atque eandem cum* ἁρπάζειν *esse contendunt, neque hoc probari potest auctoritate Thucydidis, qui quidem lib. IIX. hanc habet phrasin* ἁρπαγμὸν ποιεῖσθαι, *sed vt vocibus ita & sensu differunt* ἁρπαγμὸν ποιεῖσθαι & ἁρπαγμὸν ἡγεῖσθαι. *Illud vere & proprie expones per* rapere, *hoc vero proprie per* rapinas arbitrari, pro rapina reputare, vt rapinam aestimare.

XXII.

ΘΕΛΕΙΝ, *Velle.* Manifesta est huius verbi redundantia in Matth. XX. 26. Marc. X. 43. Ioan. VII. 17. Actor. II. 12. Iac. IIII. 4. Namque Saluatoris verba apud Matthaeum & Marcum, ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι, ipse Matthaeus XXIII. 11. ac Lucas XXII. 26. sine eo verbo sic exhibent, ὁ μείζων ὑμῶν. Quod obseruauit pridem *Thomas*

*Gataker*us in aduerſariis miſcellaneis cap. 3. pag. 43. ſeq. & ad Marcum Antoninum X. 98. pag. 356. exemplisque Graecorum aeque ac Latinorum ſtabiliuit.

ΙΣΤΑΣΘΑΙ, Retro pedem refer ad verbum Ἀνίςαθαι.

ΛΑΜΒΑΝΕΙΝ, *Accipere.* Audiamus de hoc pleonaſmo differentem, ac ex vtriusque linguae ſcriptoribus eundem comprobantem, *Io. Pricaeum* ad Act. III. 3. col. 543. 544. Λαβεῖν *abundat.* - - *Et hoc Graecae elegantiae eſt. Eunapius in excerptis legat.* Χαρίζεται τὴν εἰρήνην, καὶ ὅμηρα ἤτει λαβεῖν. *Ariſtophanes ipſe,*

Αἰτῶν λαβεῖν τι μικρὸν ἀργυρίδιον.

Immo & Latinae: — — — *Apuleius* IIX. Dum forte paſſerem incantantem ſepiculae conſectatur arripere. - - *Fulgentius ſerm. LV. de Zacharia:* Quia loqui non poterat, pugillares vt accipiat poſtulat. Haec vir ille doctus. Ad quae porro addimus collectorem τῶν Γεωπονικῶν lib. XIIII. cap. 3. εἰ δὲ καὶ λαβὼν σπέρμα λύγυ, καὶ βρέξας οἴνῳ παλαιῷ ἡμέρας γ', εἶτα λαβὼν ὀρόβυς βρέξῃς εἰς τὸν οἶνον. Latinus interpres vtrobique λαβὼν neglexit; vertit namque: *Si vero viticis ſemen vino veteri per triduum macerueris, deinde autem eruum vino illo macerueris.* Idem collector lib. XX. cap. 46. pag. 493. δοντῶντες αὐτὸ ῥάβδῳ ἐκ διαςημάτων, εἶτα λαβόντες καὶ πωμάσαντες ἀποτιθέασι. Quod eſt, eodem conuertente: *per interualla virgis agitantes, deinde coopertum reponunt.* Etiam *Theophylactus Simocatta* epiſt. 68. ita loquitur: Εἶλον ὀψέ ποτε τὴν καχίςην ἀλώπεκα. καὶ λαβὼν, ποικίλοις δεσμοῖς περιφρυγῶ τὴν παμμίαρον.

ΜΕΛΛΕΙΝ, *Fore.* Verbum hoc futurae ſignificationem rei habet quidem, & tamen futuri temporis infinitiuum, ac plerumque τὸ ἔσεσθαι, adſciſcit, quae conſtructio rara eſt, ac in Actuum XI. 28. XXIII. 30. XXIIII. 15. XXVII. 10. fere tantum occurrit. Adi *Eraſmum Schmidium* ad Luc. VII. 2. pag. 525. b.

XXIII.

ΣΥΜΒΑΙΝΕΙΝ, *Contingere.* In Actuum Apoſtolorum XXI. 35. ac his quidem verbis, συνέβη βαςάζεσθαι αὐτὸν, pleonaſmum adeſſe, idemque

idemque indicari, quod vna voce ἐβαρύζετο, fatentur hodie viri docti, quorum ex ordine nominibus ſuis compellamus *I. C. Wolfium* in Curis Philologicis pag. 1321. & *Georg. Raphelium* in adnotatis Polybianis pag. 386. ſeq. Poſterioris verba ſunt: *Pleonaſmus, cuius tot exempla exſtant in Polybio, vt vix in vllo ſcriptore plura putem reperiri poſſe.* Nec ſolus Megalopolitanus ille hiſtoricus libenter gaudet hac redundantis verbi copia, ſed omnes propemodum Graeci, qui elegantiam ſectati ſunt. Apud Procopium lib. IIII. de bello Gotthic. ἐνταῦθα φύεται ξυμβαίνει πόαν, *pro eo*, quod eſt ſimpliciter φύεται, adhiberi, obſeruauit *Gataker* in Cinno I. 3. pag. 43. Repente ſubito adnectitur a nobis idem *Procopius* de bello Gotthico I. 28. p. 380. C. πάντα γὰρ, ὅσα ἡμῖν ἐν τῷδε πολέμῳ πεπράχθαι συμβαίνει, πρὸς τὴν ἀπόβασιν κρίνεσθαι τῆς παρούσης ἡμέρας ἀνάγκη. Recita *Claudi Maltrete* verſionem tuam: *Nam quidquid in hoc bello patrauimus, huius diei exitu decidatur neceſſe eſt.* Tunc poſtidea *Polybius* X. 3. pag. 804. (nam hunc eius locum non attulit Raphelius) qui de Aedilitate ſcribit: ἦν κάλλιστον ἐπιφανέστατην ἀρχὴν εἶναι συμβαίνει τῶν νέων παρὰ Ῥωμαίοις. Recita, *Iſaace Caſaubone*, quomodo iſta transtuleris: *Is eſt maximus honos, qui iuueni apud Romanos mandatur.* Iam quoque *Athenaeus* lib. XIII. pag. 583. F. ἐν ἀγῶνί ἔν ποτε αὐτὸν ἀχημονήσαντα σφόδρα, ἀρθῆναι ἐκ τῆ θεάτρε συνέβη. Et tu, *Iacobe Dalechampi*, recita denuo interpretationem tuam: *In quodam publicorum ludorum certamine, quia valde inepte & indecore ſe geſſerat, explosus e theatro, & ſpectatorum humeris euectus.* Similiter nunc etiam *Apollodorus* bibliotheces lib. II. cap. 4. pag. 111. editionis Pariſienſis & pag. 121. edit. Salmur. ἀπὸ πάντων δύο τῶν ἐν νηὶ συνέβη τελευτῆσαι ὑπὸ τῶν Μίνωος υἱῶν. Antiquam Benedicti Aegii Spoletini verſionem, tu *Tanaquille Faber*, ac tu *Thoma Gale*, repete; ambo enim retinuiſtis illam: *Ex omnibus, quos ſecum in naui vehebat Hercules, duo a Minois filiis interfecti fuerunt.* Quin & *Philo Iudaeus* de vita Moſis lib. III. pag. 688. C. ἐτελεύτησε δὲ, ἐν ἐδεμιᾷ νόσῳ γενόμενος, ὑφ' ἧν συνέβη διαφθαρῆναι μυρίους. Rurſus recita, *Sigiſmunde Gelenii*, quo modo haec latina feceris: *obiit, non ſeditione abſumptus, vt multi alii.* Nec non poſtea *Proclus Diadochus* paraphraſi in Ptolemaeum de ſiderum effectioni-

bus IIII. 7. pag. 268. ὥςε συμβαίνειν κατὰ καιρούς τινας, τὰς μὲν φιλίας ὥσπερ ἀργὴν καὶ ὑποτέλειαν. Tu, *Leo Allati*, recita, qua ratione ex Graeco in Latinum haec mutaueris: *adeo vt statis temporibus beneuolentiae desinant, vel minuantur.* Sequatur nunc *Phalaris* epist. 144. in fine: τοῖς μὴ λίαν ἀχθομένοις πλεῖσα συμβέβηγεν ὀνίνασθαι τὸν βίον. Tu, *Thoma Naogeorge*, recita quo pacto ista in latinum sermonem mutaueris: *Ii qui non nimis discruciantur, plurimum fruuntur vita.* Ac deinde postea *Dionysius Halicarnasseus* lib. IIII. antiquit. Roman. pag. 208. ἐπειδὴ τελευτῆσαι συνέβη Ταρκύνιον ἐπιβουλευθέντα ὑπὸ τῶν Ἄγκου Μαρκίου παίδων. *Friderice Sylburgi* recita interpretationem tuam: *Simulatque Tarquinius per insidias occisus est ab Anci Marcii filiis.* Tum praeterea *Flauius Iosephus* origin. Iudaic. XI. 8. pag. 385. D. τά τε γὰρ Ἱεροσόλυμα καὶ τὸν ναὸν ἐκεῖθεν συνέβαινεν ἀφορᾶσθαι. Recita tuam, *Sigismunde Geleni*, translationem: *quod ibi & vrbs & templum in prospectu sit.* Recita latine eadem *Ioannes Hudson*, qui nouam procurasti nobis editionem operum Flauianorum, tomo I. pag. 581. *inde enim & Hierosolyma, atque templum conspiciebatur.* Post deinde *Tatianus* oratione ad Graecos cap. 46. pag. 102. καί μοι πεισθῆναι ταύταις (γραφαῖς) συνέβη, διά τε τῶν λέξεων ἄτυφον. Recita *Conrade Gesnere* tua, vtpote interpretis, verba: *His ego fidem adhibui ob stili humilitatem.* Tum dein *Alexander Trallianus* lib. XII. pag. 765. vbi de vomitu: καὶ πλεκτοῖς δεῖ κεχρῆσθαι, καὶ μάλιστα τοῖς χηνείοις, ἵνα διὰ τὸ πλέον θ- ἐρε- θισμὸν γίνεσθαι πάντως ἔμετον συμβῇ. Recita *Ioannes Guinteri*, quomodo latine ista conuerteris. *Ac pennis, praecipue anserinis, vtendum est, vt maiori irritatu vomitus omnino proueniat.* Tandem denique *Archimedes* libro περὶ ἑλίκων ab initio: καὶ γὰρ συμβαίνει δύο τινὰ τῶν ἐν αὐτῷ μὲν κεχωρισμένων. Recita tu etiam, *Thoma Gechauff*, qua ratione ista transtuleris: *Nam duo quaedam ex his, quae habentur in Conone, sunt quae minime deprehensa fuere.* Pariter simul viri illi eruditi omnes inter vertendum neglexerunt verbum συμβαίνειν, satis quippe etenim gnari, abesse istud commode in Latino posse, etsi quamuis iure optimo Graeci admittat sermonis genius.

XXIIII.

XXIIII.

TOAMAN, *Audere.* Tam in diuinis quam humanis ſcriptoribus pleonaſmum huius ipſius verbi inuenit *Daniel Heinſius* ſacrarum exercitationum libro IIII. cap. II. pag. 252. cui aures nunc praebendae ſunt: *Interdum Idiotiſmi obſcuritatem inferunt interpretationi: etiam quibus Romani (quod non omnes notant) nonnumquam vtuntur. Vt cum hoc eodem capite* (XXI. apud S. Ioannem.) *verſu* 12. *dicitur*, οὐδεὶς δὲ ἐτόλμα τῶν μαθητῶν ἐξετάσαι αὐτὸν, σὺ τίς εἶ; εἰδότες, ὅτι ὁ Χριστός ἐστιν. *Quomodo rogare non audebant, quod non ignorarent; tanto praeſertim miraculo iam confirmati? Hoc ergo voluit: nemo ex eo quaerebat, nemo rogabat: nemo enim dubitabat, quin ipſe Chriſtus eſſet. quod & efficaciter dictum. Maro*, Aude, hoſpes, contemnere opes, & te quoque dignum FingeDeo. *quod eſt ſimpliciter*, contemne opes. *Flaccus*, Principium (lege *Dimidium*) facti, qui coepit, habet. Sapere aude. *hoc eſt*, ſapere aliquando incipe: aliquando ſapias. *Tale eſt illud Epiſtola ad Piſonem de poetica:*

At qui legitimum cupiet feciſſe poema,
Cum tabulis animum cenſoris ſumet honeſti.
Audebit, quaecunque parum ſplendoris habebunt,
Et ſine pondere erunt, & honore indigna ferentur,
Verba, mouere loco.

quod eſt, mouebit loco, ac mutabit. *in quo tamen iudicio non andaciae locus* eſt. *Ita Plato*, τολμᾶν τῶν ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι, abſtinere alienis, *viri iuſti ait eſſe officium.* Ὃς ἂν μείνῃ, *inquit*, ἐν τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ τολμήσειεν ἀπέχεσθαι τῶν ἀλλοτρίων. Qui perſeuerat eſſe iuſtus, & alienis abſtinuerit. *neque enim* ſuſtinere *hic cum interpretibus dicam. Sed nec aliter fortaſſe Apoſtolus*, (ad Roman. V. 7.) ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν. *vbi recte* ἀποθνήσκει, moritur, *aut* morietur, *dicas.*

ΠΛΑΓΕΙΝ, *Abire.* Idem ille *Heinſius*, quem modo loquentem percepimus, praeſentis quoque verbi πλεονασμὸν adnotauit in Ariſtarcho ſacro cap. 12. pag. 930. Nonni Panopolitae metaphraſin Euangelii Ioannei adhunc modum caſtigans: *Et tam triuialia notare pudet. quale*

 eſt,

ἔλι, quod μολόντες addidit: quasi illud (Ioan. XV. 16.) *ἵνα ὑπάγητε, καὶ καρπὸν φέρηλε, aliud sit quam ἵνα καρποφορῆτε, vsitatissimo linguae eius pleonasmo. Numquam ergo illud* (Matth. XIIX. 15.) *ὕπαγε, καὶ ἔλεγξον αὐτὸν, item, ἀλλ' ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ* Marc. I. 44. *aliaque eiusdem generis legerat, quae apud Hellenistas ὅση κόνις?*

PLEONASMI PRAEPOSITIONVM.

XXV.

Ex his, quoniam spe nostra longius excreuit praesens exercitatio, non omnes in medium proferemus Pleonasmos, contenti vnum alterumue selegisse; quem quoque ordinem tenebimus in coniunctionibus, aduerbiis, & plurium vocum Pleonasmis.

EN, *in.* Saepissime abundat ante datiuos, instrumenti scilicet, ἐν ὕδατι Matth. XIII. 11. ἐν μαχαίρᾳ ibid. XXVI. 52. ac Lucae XXII. 49. ἐν δόλῳ Marci XIIII. 1. ἐν λόγοις Luc. XIII. 9. ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ ibid. XXIIII. 19. ἐν τῷ αἵματι, Apocal. I. 5. ἐν θανάτῳ II. 23. ἐν ῥάβδῳ ibid. commate 27. ἐν ἱματίοις IIII. 4. ἐν ῥομφαίᾳ, ἐν λιμῷ, ἐν θανάτῳ VI. 8. & frequentissime adhuc in eadem Apocalypsi, cuius loca singula non adscribimus. Vnus tamen potissimum obseruandus est in capite XIX. commate 13. vbi *ἱμάτιον βεβαμμένον αἵματι*, codices fere omnes legunt, pauciissimis tantum exceptis, quibus *Aretas* propemodum solus pag. 980, subscribit. Caue autem huc referas alium ex Apocal. XIII. 3. locum, qui in editione Giessensi anno 1705. typis descripta, sic exhibetur, καὶ ἐθαύμασεν ἐν ὅλῃ τῇ γῇ, incuria enim typothetae irrepsit ἐν, totumque corrupit locum, vel sic restituendum, καὶ ἐθαυμάσθη ἐν ὅλῃ τῇ γῇ, quomodo legit *Eras. Schmidius*, *Ioannes Millius*, editio perinsignis & codicum multorum consensu munita *Roberti Stephani*, nec non *Eras. Roterodami* per Frobenium anno MDXIX. euulgata, atque *Pritiana*, quam secuta est plerumque Giessensis editio, quod Praefatio docere poterit; vel hoc modo refingendum, καὶ ἐθαύμασεν ὅλη ἡ γῆ, quemadmodum offendimus in *Aretae* commentariis pag. 952. & in multis

omnino

omnino editionibus, *Ioannis* nimirum *Gregorii*, cum ſcholiis Graecis publicata beneficio theatri Sheldoniani anno MDCCIII. & in alia ibidem typis deſcripta an. MDCLXXV. & *Bezae* editionibus omnibus, e quibus nominare ſufficiat optimam illam, quae Henrici Stephani opera anno MDLXV. in publicam exiit lucem, & in Geneuenſi, adnotatis *Ioſephi Scaligeri* inſtructa anno MDCXX. & in *Stephani Curcellaei*, & in elegantiſſima *Henrici Wetſtenii*, & in *Elzeuiriana* atque *Leuſdeniana*, quarum illa anno MDCLXX. haec an. MDCLXXXIIX. prelum exercuit. Etenim ἐθαύμασεν ἐν ὅλῃ γῇ, neque exſtat vel in vnica editione alia, neque ex regulis linguae dici poteſt. Ceterum, ſiue ἐθαυμάσθη ἐν ὅλῃ τῇ γῇ, ſiue ἐθαύμασεν ὅλη ἡ γῆ ὀπίσω τοῦ θηρίου, legere volueris, reddendum ſemper erit, *admirans vniuerſus terrarum orbis ſequebatur beſtiam*, vel breuius, *beſtiam ex admiratione ſecuti fuerunt*, quod & antiquiores interpretes animaduerterunt, & recentiores, ac ex poſterioribus *Gottfridus* quoque *Olearius* in obſeruationibus ſacris ad Euangelium Matthaei p. 234. Sunt non pauci, qui ebraizantem pleonaſmum id adpellant, quorum ex cenſu nunc nominamus *Cunr. Rittershuſium* ad Oppiani Cyneg. II. 592. notantem: *Hebraizans pleonaſmus praepoſitionis* ἐν, *cui ſimilem alium notaui in Halieuticis*; & magnum *Hugonem Grotium* ad 1. Theſſal. IIII. 18. & verba ἐν τοῖς λόγοις ſic ſcribentem: Ἐν *hic additur Hebraeo more. Graeci puriores ſolo datiuo cauſſam inſtrumentalem exprimunt.* Quae nollem excidiſſent viris harum rerum alioquin intelligentiſſimis; quum profanos ſcriptores hunc adhibuiſſe pleonaſmum aliorum indicio commonſtrauerit Cl. *Wolfius* in Curis Philog. pag. 57. & 124. quaedam etiam Auctorum loca attulerit *Eraſmus Schmidius* ad Ebr. I. 1. & *Paullus Pater* ad Palaephati cap. 32. pag. 146. plurima vero celeberrimus *Hemſterhuis* ad Luciani colloquia ſelecta pag. 21. ſeq. qui ἐν *Attica venuſtate redundare* dixit. Illis adpone *Theophylactum Simocattam* hiſtoriae Mauricianae libro IIX. cap. 11. pag. 408. νόσῳ γὰρ χαλεπῇ περιπεπλωκὼς ὁ Μαυρίκιος τῷ πεντεκαιδεκάτῳ ἐνιαυτῷ τῆς αὐτοκρατορικῆς ἐξουσίας, ἐν γράμμασι διετύπου τὸ κράτος, hoc eſt, *litteris ordinauit imperii ſtatum.* Vlterius abundat iſta praepoſitio in hoc datiuo apud S. Paullum in priore epiſt. ad Corinth. XIIII. 11. καὶ ὁ λα-

λῶν,

λῶν, ἐν ἐμοὶ βάρβαρος, vbi ἐν, quantum ad ſenſum ſpectat, ſuperfluum eſſe adnotauit *H. Grotius*, indeque legendum *potius* eſſe ἐμοὶ βάρβαρος *ſine* ἐν iudicauit *Henr. Stephanus* in theſauro Graecae linguae tomo I. col. 720. F. addens, *vt habebat vnum ex noſtris vet. exemplar.* Etſi vero ἐν eo in loco omittant codices quidam, & Patres quoque, non tamen eliminandum extemplo ſimul eſt, quoniam ἐν ἐμοὶ βάρβαρος pleniſſime dicitur, atque hoc idiomate S. Paullum vti, ipſe profitetur *Ioannes Millius.* Abundat quoque ἐν in locutione ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ Galat. III. 8. vt non pauci habent codices eo in loco, habent LXX. Interpretes in Geneſ. XII. 3. XIIX. 18. XXIIX. 14. habet quoque *Baſilius Seleucienſis*, ſermone in Abraamum pag. 69.

ΕΠΙ, *Ad.* In Actuum Apoſtolorum X. 16. & XI. 10. legimus, τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρὶς, id eſt *ter*, *vacante* ἐπὶ, ait *H. Stephanus* dicto loco, col. 1213. G. Quod ἐπὶ alibi vacare docet *ſcholiaſta Apollonii Rhodii* in Argonaut. lib. III. v. 779. ad verba ποῖον δ' ἐπὶ μῦθον ἐνίψω; ſic adnotans: περιττὴ δὲ ἡ ἐπὶ πρόθεσις. Loco ἐπὶ τρὶς dixit *Antoninus Liberalis* εἰς τρὶς tabula XXVI. pag. 138. ſeq. καὶ αὐτὸν ἐξ ὀνόματος εἰς τρὶς ὁ ἱερεὺς φωνεῖ, κ) εἰς τρὶς ἀμείβεται πρὸς αὐτὸν ἠχώ.

ΥΠΕΡ, *Super.* Vidit hunc pleonaſmum *Hugo Grotius* ad 2. Cor. XI. 5. obſeruans: *Eſt hic duplex nota magnitudinis*, ὑπὲρ & λίαν, *ſicut* λίαν ἐκ περισσοῦ *Marci VI.* 51. Sic denuo ὑπὲρ λίαν 2. Cor. XII. 11. ſic & ὑπεράνω Epheſ. I. 21. & IIII. 10. Ebr. IX. 5. ſic ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν Roman. IIX. 26. quod nude effertur ἐντυγχάνει ὑπὲρ αὐτῶν Ebr. VII. 25. Sic pariter *S. Gregentius* in diſputatione cum Herbano Iudaeo folio 119. b. τούτων πάντων ὑπερπαιχόντων ὑπὲρ τοῦ λαοῦ Ἰσραήλ. Sic quoque *S. Dionyſius*, *Areopagita* vulgo dictus, praepoſitionem ὑπὲρ ad deſignandam rerum excellentiam, multis vocibus a ſe formatis praefixit; quod in eo tamquam *mirabilem & plus quam humanum modum loquendi* obſeruandum arbitratur *Balthaſar Corderius* in obſeruationibus generalibus, quae tomo primo operum iſtius Dionyſii, anno 1644. Pariſiis editorum, praefixae cernuntur, obſeruatione quarta.

PLEO-

PLEONASMI CONIVNCTIONVM ET ADVERBIORVM.

XXVI.

ΕΣΩ, *Intra.* Apud S. Marcum XIIII. 54. in his verbis, καὶ ὁ Πέτρος ἀπὸ μακρόθεν ἠκολούθησεν αὐτῷ, ἕως ἔσω εἰς τὴν αὐλήν, aduerbium ἔσω tanquam παρέλκον primus, idemque vnicus, animaduertit *Henricus Stephanus*, qui solus in Graeca litteratura consul sine collega vere dici potest: antiquioribus aeque ac recentioribus ad vnum fere omnibus interpretibus S. Marci tacentibus. At Stephanus noster excelsa voce clamat: *Pro superuacuo haberi possit istud aduerbium* ἔσω, *ideoque non male ab Erasmo praetermissum fuit, ita interpretante: Et Petrus eminus sequebatur illum, donec (venisset) in atrium summi sacerdotis. Vetus interpres omnino ad verbum, Sequutus est eum vsque intro in atrium. Sed dure hoc dici videtur Latine: ideoque aut omittendum & ipse hoc aduerbium* ἔσω *censuerim, aut permutato ordine dicendi, Sequutus est intro, vsque in atrium: vt habet nouissima interpretatio.* Hactenus Stephani verba ex thesauro linguae Graecae tomoque quarto col. 829. F. desumta, qui per *nouissimam interpretationem* intelligit eam, quae a *Theodoro Beza* est concinnata.

ΙΔΟΥ, *Ecce.* Per exsuperantiam ebraicam creditur vulgo in libris N. T. additum esse, eo quod Iudaeorum lingua aegre carere possit hoc aduerbio. Verum enim vero Graeci quoque homines, illique satis comti & deliciarum sermonis studiosissimi, hoc dicendi genus vsurpant, etsi non tam frequenter ac Ebraei. Elegantissimorum eiusmodi scriptorum duos duntaxat in scenam nunc producemus, *Iulianum* puta imperatorem, & *Lucianum*. Ille enim in Misopogone pag. 345. B. ait: Ἰδὲ, πάλιν ἐγὼ τὰ συνήθη τεχνιτεύω λεξείδια, hic autem in Reuiuiscentibus pag. 419 scribit: Ἰδέ. τίς ἄλλος ἔτος ὁ πλατὺς, ὥσπερ ἡμίτομος ἰχθὺς προσέρχεται; Et mox, pag. nimirum subsequente: ἰδὲ πολλούς που τοὺς ἰχθῦς ὁρῶ καὶ ταὐτὸν ὁμόχρους. Et in dialogo Charontis ac Mercurii quinquies adhibuit ἰδὲ, nempe pag. 278. ἀλλ' ἰδὲ ἡ

πίρα μοι, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τὸ βάκτρον, εἰς τὴν λίμνην ἀπερρίφθων. & statim pag. 279. ἰδέ σοι ὁ πλοῦτος ἀπέρριπται. Paucis interpositis: ἰδέ σοι ψιλός εἰμι. & eadem adhuc pagina: ἰδέ σοι γυμνὸς ὡς ὁρᾷς ἀληθῶς εἰμι. & pagina 281. ad Mercurii mandatum, καὶ ὁ ῥήτωρ δὲ σὺ, ἀπόθου τῶν ῥημάτων τὴν τοσαύτην ἀπεραντολογίαν καὶ ἀντιθέσεις, καὶ βαρβαρισμούς, καὶ τἆλλα βάρη τῶν λόγων, orator obsequiosus respondet: εἶεν, ἰδοὺ ἀποτίθεμαι.

XXVII.

ΜΑΛΛΟΝ, *Potius.* Superat μᾶλλον, quando cum comparatiuo connectitur. Iam primum a principio *Henricum Stephanum* nostrum in Appendice ad aliorum scripta de dialecto Attica pag. 87. seq. de hoc pleonasmo praecipientem percipiamus. *At vero*, inquit, *de comparatiuo praefixam habente vocem* μᾶλλον, *quid sentiendum erit? an itidem ad pleonasmum referri hunc comparatiui pro positiuo vsum dicere oportebit, an potius in voce* μᾶλλον, *non in comparatiuo, pleonasmus constituendus erit? Ego exempla proferre contentus, suum vnicuique iudicium liberum relinquam. Dixit igitur Aristophanes.* μᾶλλον ὀλβιώτερον: *Demosthenes,* μᾶλλον φοβερώτερον: *Isocrates,* κρεῖττον μᾶλλον: *Andocides,* ἐπιτηδειότερον μᾶλλον. *itidemque alii cum aliis comparatiuis hoc modo sunt vsi. Quin etiam praefixa voce* πολὺ *vel* πολλῷ *ipsi aduerbio* μᾶλλον, *talis vsus reperitur: vt* πολὺ μᾶλλον ἑτοιμότερον, *apud Isaeum:* & πολλῷ μᾶλλον ζηλωτότεροι, *apud Isocratem. Praefixum autem hoc vocabulum aduerbio* μᾶλλον, *haud scio an pro iis facere videri possit, qui comparatiuum pro positiuo esse positum, quam abundare* μᾶλλον *dicere mallent.* Tum etiam consentientem *Theod. Bezam* ad Matth. VI. 26. *Verbum* διαφέρειν *comparationem declarat. significat enim praestare & excellere. Illud autem* μᾶλλον *Graeci coniungunt etiam comparatiuis, maioris emphasis causa. cuius constructionis exempla passim occurrunt: sicut apud Plautum aliquoties particula* Magis *redundat. Nos igitur, vt aliquo modo exprimeremus hunc pleonasmum, perinde vertimus, ac si scriptum esset* πολὺ διαφέρει. Nec non

non huc ſpectantia *Hugonis Grotii* verba ad Epheſ. III. 20. Ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ ſunt particulae plures αὐξητικῶς cumulatae: quod loquendi genus amat Paullus, vt videre eſt 2. Cor. III. 9. (in πολλῷ μᾶλλον περισσεύει) & VII. 13. (in περισσοτέρως δὲ μᾶλλον ἐχάρημεν) Philipp. I. 9. (in ἵνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσεύῃ) 1. Theſſal. IIII. 1. 10. (in ἵνα περισσεύητε μᾶλλον, & in παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, περισσεύειν μᾶλλον) quibus N. T. locis adiiciendus maxime eſt ille in litteris ad Philipp. I. 23. πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον. Adde his Reuer. & celeberrimum *Wolfium* ad Marci VII. 36. pag. 477. & Graecorum Auctorum teſtimonia apud Cl. *Stephanum Berglerum* ad Alciphronis librum II. epiſt. III. pag. 228. 229. atque *Franc. Nanſium* ad Nonni paraphraſin pag. 40. 41. quin & Latinorum exempla apud *Iacobum Perizonium* ad Sanctii Mineruam IIII. 9. pag. 714. ac memor eſto Graminaticorum canonis: *Quemadmodum apud Latinos* eo, quo, tanto, quanto, multo, longe; *ita apud Graecos hae particulae* πολλῷ, πολλὸν, πολὺ, τοσούτῳ, ὅσῳ, μᾶλλον, μακρῷ, *& ſimiles, comparationis intendendi aut explicandi gratia adduntur.* Sed ne aliorum duntaxat laboribus vti videamur; haec accipe ex propriis obſeruatis. *Ariſtophanes*, cuius tetigit locum H. Stephanus, ait in Concionatricibus verſu 1125.

Τίς γὰρ γένοιτ' ἂν μᾶλλον ὀλβιώτερος;

Iſocrates, ab eodem doctiſſimo virorum indicatus, in Archidami extremo: πολὺ γὰρ μᾶλλον κρεῖττον μεγάλης καιρῷ τιμὴν ἀνταλλάξασθαι. & in oratione ad Philippum pag. 212. ὥωθ' ἡγοῦμαι πολὺ μᾶλλον αὐτὰς αἱρήσεσθαι. & in encomio Helenae p. 500. ὥωθ' ἡγήσατο, κρεῖττον εἶναι τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν αἰσχρῶς. *Ariſtoteles* libro de Poetica cap. 26. in fine: Φανερὸν ὅτι κρείττων ἂν εἴη μᾶλλον. Idem lib cit. cap. 14. pag. 270. meminit hominis ἢ βελτίονος μᾶλλον ἢ χείρονος. *Lucianus* in Necyomantia pag. 337. πολλῷ δ' ἂν οἶμαι μᾶλλον ἐγέλας. & in Vitarum auctione pag. 387. πολὺ μᾶλλον ἔτι τοῦτ' ἀγνοῶ. *Achilles Tatius* lib. VII. pag. 437. πολὺ μᾶλλον πρὸς τὴν Μελίτην εἶχεν ἀλλοτριώτερον. *Ptolemaeus* de iudicandi facultate & de animi principatu, in fine: μᾶλλον αἰτιώτατον. Sic πολὺ πλέον in *Menandri* fragmentis pag. 204.

μαχεῷ ἄμεινον in *Luciano* pro imaginibus pag. 23. πολλῷ κρεῖττον in *Demophili* sententiis Pythagoricis pag. 44. πολλῷ ἀμείνω in *Geoponicis* II. 1. μαχεῷ κρεῖττον in *Aeliani* historia animalium lib. I. cap. 60. πολὺ θᾶττον in *Isocratis* Busiride pag. 546.

XXIIX.

ΟΠΙΣΩ, *Post.* Superfluit, cum ἀκολουθεῖν coniunctum, vt Matth. X. 38. Huc viciniae commigrat quidem *Aristophanis* ἀκολουθεῖν κατόπιν τινὸς, *Luciani* ἕπεσθαι κατόπιν, & *Herodiani* ἕπεσθε ὄπισθέν τινι ab *Horatio Vitringa* initio capitis IIX. animaduersionum ad Vorstium allata, sed in quibus κατόπιν & ὄπισθεν pariter abundant. Scite hoc obseruatum est celeberrimo *Hombergko* in Parergis sacris pag. 47. & 48. cuius haec sunt verba: *Inanissima est ἀκρίβεια, qua interdum exprimi solet illud ὀπίσω*, post, *cum nihil certius sit, quam id superfluum esse, vt multa alia. Nulla quoque ratio est, vt vocabulum istud* pone *vertamus, non* post. *Magis ergo probandum iudicium Erasmi, & veteris etiam Interpretis, qui id vocabulum omittendum duxerunt.*

ΟΤΙ, *Quod, Quia.* Ad legitimam constructionem adiicitur passim in N. T. ad verba λέγειν, λαλεῖν, εἰπεῖν, idque more Atticorum. Prius vero praemittemus *Henr. Stephanum*, postea de nostris quaedam addemus. Itera ergo mihi iterum Stephanorum doctissime, quae in comment. de Atticae dialecti idiomatis pag. 75. pridem scripsisti: *Addam autem & exemplum alterius pleonasmi — — — si prius ex Testamenti noui scriptis huius Attici pleonasmi aliquot exempla protulero. Ideo enim tot veterum scriptorum accumulare exempla libuit, vt tanto plus auctoritatis in illis hoc loquendi genus haberet: id est, vt tanto magis testatum redderem, non ineptum & prorsus a linguae Graecae consuetudine alienum (vt multi putarunt) esse ibi hunc pleonasmum, sed contra ex ipsius Atticae linguae velut penetralibus petitum.* Deinde longum deinceps sermonem instituit, & exempla τῦ ὅτι πλεοναζοντος considerat in Matthaei IX. 18. XX. 12. Marci I. 40. VI. 18. X. 33. Lucae XIX 42. Actorum XV. 1 & aliis, quae cum Atticis scriptoribus committit. Nec vno in loco Curarum suarum eundem pleonasmum

ſmum obſeruauit Cl. *Wolfius*, ſed in bene multis, nominatim ad Matth. IX. 18. pag. 169. ad Marci I. 37. pag. 433. & IIX. 16. pag. 479. & X. 33. pag. 499. & XVI. 7. pag. 539 & ante eum *Io. Clericus* in Hammondum ad Matth. VII. 23. ex Theophraſti character. cap. 3. prorſus eandem redundantiam adnotans. Exſtat apud hunc *Theophraſtum* non in illo tantum tertio capite De adulatione (quod in aliis editionibus ſecundum eſt) ſed & in ſingulis propemodum capitibus hic pleonaſmus noſter, quae ordine nunc adferemus omnia. Capite ſeptimo circa finem: Λέγων, ὅτι χαλεπὸν τῷ λάλῳ ἐσὶ σιωπᾶν. In extremo capitis noni: καὶ εἰπεῖν, ὅτι λέλουται. Capite X. pag. 50. ἀλλὰ λέγειν, ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα πολλά ἐσι τὸ ἐνιαυτόν. Capite XIII. pag. 62. καὶ προσελθὼν τῷ πατρὶ εἰπεῖν, ὅτι ἡ μήτηρ ἤδη καθεύδει. Capite XV. pag. 70. καὶ τοῖς τιμῶσι, καὶ πέμψασιν εἰς τὰς ἑορτὰς, εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἂν γένοιτο διδόμενα. Mox pag. 72. εἰπὼν ὅτι οὐκ ἂν δοίη, ὕστερον ἥκειν φέρων, ἢ λέγειν ὅτι ἀπόλυσι καὶ τοῦτο τὸ ἀργύριον. Capite XXIII. pag. 96. καὶ διδομένης αὐτῷ ἐξαγωγῆς ξύλων ἀτελοῦς, εἰπεῖν ὅτι ἀπείρηται. Paullo poſt, eadem adhuc & ſequenti eam pagina (vtor nunc autem Cantabrigienſi editione recentiſſima) καὶ τὰς τριηραρχίας εἰπεῖν ὅτι οὐ τίθησιν. Denique capite XXV. pag. 102. πρὸς τὸν παροξυνθήμενον λέγειν, ὅτι φοβεῖται ὑπὸ ἐνυπνίου τινός. Exſtat porro in *Luciani* iudicio Dearum, eiuſque initio: καὶ λέγε πρὸς αὐτὸν, ὅτι σε, ὦ Πάρι, κελεύει ὁ Ζεὺς κ. τ. λ. in *Arriani* rebus Indicis pag 549. τότε δὴ αὐτὸν ὑποσάντα εἰπεῖν ὅτι, ὦ βασιλεῦ, ἐγώ τοι ὑποδέκομαι ἐξηγήσασθαι τὸ σόλου. in *Thucydidis* libro IIX. pag. 565. D. ὁ Ἀλκιβιάδης πείθει αὖθις Ἐνδιον καὶ τοὺς ἄλλους ἐφόρους μὴ ἀποκνῆσαι τὸν πλοῦν, λέγων ὅτι φθήσονται πλεύσαντες, & reliqua. Inuenitur etiam in *Palaephati* capite 3. in fine: ἐπείσθη καὶ νῦν πορνοβοσκὸν δυσνχῇ εἰώθασι λέγειν, ὅτι ὑπὸ τῶν πορνῶν κατεβρώθη. Et in cap. 6. non longe a calce: ἔλεγον οἱ Θηβαῖοι, ὅτι τοιαῦτα δεινὰ ὁ Κάδμος ἐπήγαγεν ἡμῖν. & capite 10. ἔλεγον ἔν οἱ ἄνθρωποι, ὅτι Λυγκεὺς ἢ τὰ ὑπὸ γῆν ὁρᾷ. & cap. 12. ἔλεγον ἔν οἱ ἄνθρωποι - - ὅτι ἄτρωτος ἦν. & capite 25. Γηρυόνην φασὶν, ὅτι τριχέφαλος ἦν. in *Epicteti* manuali capite VI. εἰ ὁ ἵππος ἐπαιρόμενος ἔλεγεν, ὅτι καλός εἰμι, οἰσὸν ἂν ἦν. σὺ δ' ὅταν λέγῃς ἐπαι-

ρόμενος, ὅτι ἵππον καλὸν ἔχω. Capite XV. ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγειν ἔσω πρόχειρον, ὅτι τοῦτον θλίβει, ἢ τὸ συμβεβηκός. Iterum capite XVII. ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγε, ὅτι τούτων οὐδὲν ἐμοὶ ἐπισημαίνεται. capite XLIII. ἐκ πάσης ἀφορμῆς λέγε, ὅτι ἴδωρ πίνεις. ac ineunte capite XLVI. λέγε αὐτὸς πρὸς σαυτὸν, ὅτι εἰ μὴ Χρύσιππος ἀσαφῶς ἐγεγράφει. Singularis est huius ὅτι abundantia ante infinitiuum, & coniunctio cum eodem, in vnico N. T. loco, Actor. XXVII 10. θεωρῶ, ὅτι - - μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν, ad quem *Erasmus Schmidius* notauit: τὸ ὅτι *hic plane* πλεοναζει. Sed ne infinitiuus subsequens turbare aliquem possit; eius etiam, rarioris licet, constructionis, exempla ex Graecis proferemus scriptoribus. *Stephanus Byzantinus* in Ἐθνικοῖς κατ' ἐπιτομὴν, voce Τρεμιθοῦς. κώμη Κύπρου. - - - Φασὶ δ' ὅτι ἐπιβάσης Ἀφροδίτης εἰς τὸν τόπον, διὰ τὴν παρουσίαν τῆς δαίμονος ὑπὸ τρόμου διασαλευθῆναι, διὸ καὶ Τρεμιθοῦντα κληθῆναι. *S. Basilius* magnus oratione ad iuuenes cap. X. pag. 31. seq. εἴρηκεν ἄνευ μέτρου, ὅτι νέῳ ὄντι τῷ Ἡρακλεῖ κομιδῇ - - - προσελθεῖν δύο γυναῖκας. *S. Gregentius* disputatione cum Herbano Iudaeo, folio 113. b. ἀλλὰ δοκῶ, ὅτι μήπω ἐκεῖνον ἐληλυθέναι. Adstitue, quae *Paulus Pater* ad Palaephati caput 2. pag. 29 scripsit.

PLEONASMVS PLVRIVM VOCVM.

XXIX.

Hactenus de Pleonasmo vnius vocis egimus; pauca nunc addenda sunt de Pleonasmo duarum vel plurium vocum. Ac duae quidem voces aliquando abundant, veluti

ΑΝΟΙΓΕΙΝ ΤΟ ΣΤΟΜΑ, sequente λέγειν, vel εἰπεῖν, vel διδάσκειν. Quod loquendi genus ad Ebraismum pleonasticum retulit *Io. Olearius* de stilo N. T. pag. 249. & *Io. Vorstius* in rariore hodie & excellenti (ita enim laudatur a *Sainiore*, siue, *Richardo Simonio* in biblioth. Crit. tomo IIII. pag. 488.) libro commentario de Ebraismis N. T.

parte

parte II. cap. 138. pag. 268. cuius verba, in compendium missa, dabimus: *Notandum illud est, quod, cum memoratum est, aliquem docuisse populum, adiici ac praemitti soleat, ipsum os aperuisse, atque ita rursus παρέλκον quoddam vsurpetur. Exemplum Matth. V. 2. - - aliud exemplum Actor. IIX. 35. - - Rursus aliud Actor. X. 34. - - Alii scriptores, si velint dicere, quod orationem aliquis habuerit ad populum, non solent addere, ipsum aperuisse os. Quod autem scriptores sacri & hoc adiiciunt, faciunt more Hebraeorum. Exemplum Iob. XXXIII. 2. - - aliud Dan. X. 16.* Diu ante illum *Beza* ad Matth. V. 2. scripserat: *Hebraicum dicendi genus, cuius tamen hanc emphasin nonnulli esse volunt, vt iis demum tribuatur, qui serium & eximium aliquid dicturi sunt. Sed hoc perpetuum non est.* Eandem fouet opinionem *Carolus Maria de Veil*, ex Iudaeo factus primum Academiae Andegauensis doctor, deinde ecclesiae Anglicanae Presbyter, in explicatione litterali euangelii Matthaei & Marci, Londini anno MDCLXXIIX. edita, ad verba S. Matthaei V. 2. ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ita commentans pag. 56. *Hebraismus Scripturae familiaris, id est, incipiens loqui.* Quosdam hanc phrasin ideo sugillauisse, quod clauso nemo docere possit ore, discimus ex *S. Chrysostomo*, in catena Graecorum Patrum, Tolosae an. MDCXLVI. ac seq. publici iuris facta, tom. I. pag. 56. & 57. grauiter pronuntiante: Τί δήποτέ ἐστι τὸ, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα ἐδίδασκεν αὐτούς; ἔδοξε γάρ τισι περιττὸν εἶναι τὸ τοιοῦτον. οὐκ ἔστι δέ. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ μόνον τῷ λόγῳ, ὡς εἴπομεν, ἐδίδασκεν ὁ Σωτὴρ, ἀλλὰ καὶ τῷ τρόπῳ, διὰ τοῦτο καὶ ἀνοίξας φησὶ τὸ στόμα ἐδίδασκεν αὐτούς, διαμεῶν τὴν διὰ τοῦ λόγου διδασκαλίαν ἀπὸ τῆς διὰ τῶν ἔργων τε καὶ τοῦ τρόπου. Et secundo tomo pag. 108. Καὶ τίνος ἕνεκεν πρόσκειται τὸ, ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ; ἵνα μάθῃς, ὅτι καὶ σιγῶν ἐπαίδευεν, οὐχὶ φθεγγόμενος μόνον. ἀλλὰ νῦν μὲν τὸ στόμα ἀνοίγων, νῦν δὲ τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων ἀφιεὶς φωνήν. Quam ipsam rationem adducit quoque *Theophylactus* in Euangelia pag. 26. de Christo loquens: Καὶ γάρ ποτε μὴ ἀνοίγων τὸ στόμα ἐδίδασκεν, ἦγουν διὰ τοῦ βίου, καὶ τῶν θαυμάτων. νῦν δὲ διὰ ῥημάτων. Alium ex Theophylacto locum, similemque ex Hilario, protulit *Fridericus Spanhemius* in Dubiis Euangelicis parte III. dubio 79.

pag.

pag. 374. seqq. qui haec *documenta Patrum moralia* ait *esse tolerabilia*. Ad sacri codicis phrasin hanc accedere Aeschyli οἴγειν στόμα, Sophoclis στόμα ἐκλύειν, Isocratis λύειν τὸ στόμα, indicatum videbis in Wolfianis Curis pag. 81. & 231. quibus pridem illud Luciani ἀνοίγειν τὸ στόμα ἐν ἔπεσιν adiecit Cl. Praeses obseruat. sacr. lib. IIII. pag. 140. Nunc addere liceat *Lycophronem* in Alexandra v. 28. seq. canentem:

Ἡ δ' ἔνθεον χάσασα βακχεῖον στόμα,
Ἄτης ἀπ' ἄκρων βυπλανοκτίτων λόφων,
Τοιῶν δ' ἀπ' ἀρχῆς ἦρχ' Ἀλεξάνδρα λόγων!

Iosephus Scaliger, eruditorum Phoenix, transtulit:

At ora soluens entheis bacchatibus,
Ates ab altis peruagae bouis iugis,
Cassandra dictis insit orsa talibus.

Ibi enim χάσαι στόμα idem esse ac ἀνοίγειν aut λῦσαι cum *scholiastes* indicat, tum summe venerabilis Oxoniensium hodie episcopus *Io. Potterus* in commentario ad Poetam vere σκοτεινὸν pag. 117. b. Ex Romanorum Poetis Virgilium Aen. lib. I. *Sic ore locuta est*, atque Ouidium Metamorph. lib. XIII. *Exspectatoque resolvit ora sono*, dixisse, iam adnotauit *Spanhemius* indicato loco. Adnectimus continuo aliud *Virgilii* exemplum ex Aen. IX. 5.

Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est,

ac eodem ex libro IX. v. 319.

— — prior Hyrtacides sic ore locutus,

vbi *Seruius* adscripsit: *Non est περισσολογία.* itemque haec *Fl. Cresconii Corippi* de laudibus Iustini Augusti minoris lib. I. v. 178. 179.

— — — — ipse tenere
Sceptra tuus moriens te iussit auunculus ore.

& mox versu 208.

Quum Deus imperium sancto iam dixerat ore
Iustino Sophiaeque datum?

Sic itaque *ora resoluere*, *ore loqui*, *iubere* vel *dicere ore*, modum loquentis inferunt, adhibenturque *ad designandam dicentis grauitatem & παῤῥησίαν*, *magnitudinem & momentum dictorum*, quae verba sunt

Span-

Spanhemii. Compone cum dictis locutiones cognatas ἀκοῇ ἀκοῦσαι, & ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, de quibus supra ad voces Ἀκοὴ & Ὀφθαλμὸς egimus.

XXX.

Est porro Pleonasmus plurium vocum, quando idem & aientibus simul & negantibus verbis exprimitur. Neque Ebraicam hanc esse dicendi formulam, sed clarissimis monumentis Graecorum testatam consignatamque, ostendit Cl. Praeses Obseruationum sacrarum libro II. pag. 78. seqq. Ornamentum illa orationi conciliat, *Hermogene*, acutissimo Rhetore, libro II. de dicendi generibus cap. 10. pag. 156. ac seq. teste locupletissimo: Τό, τε οὖν καθ' ἄρσιν καὶ θέσιν περιβάλλει, τέλειον ποιῶν τὸν λόγον. οἷον, οὐχ ὡς τῶν ἀποδωσομένων τὰ ἡμέτερα. εἶτα ἡ θέσις, ἀλλ' ὡς τῶν φυλαξόντων τὰς ἄλλας. τοῦτο τὸ σχῆμα οὐκ ἔθεμεν ἐν τοῖς ἐφελκομένοις ἄλλας νοήμασι, ὅτι καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ ἀναίρεσις δύναται τίθεσθαι, καὶ οὐκ ἀναγκαίως αὐτῇ ἕπεται ἡ θέσις. οἷον, οὐ δι' ἐμὲ, οὐ γὰρ δὴ ἔγωγ' ἐπολιτευόμην πω τότε, πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διέκειθε, οὐδὲν γὰρ ἐπηκολούθησε θετικὸν τῇ ἀναιρέσει. τό, τε οὖν κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν περιβάλλει σχῆμα, τέλειον ποιῶν τὸν λόγον, καὶ τὸ ἐξ ἀναιρέσεως συμπλεκτικόν. περιουσιαστικὰ γὰρ τὰ οὕτω προφερόμενα νοήματα δοκεῖ πως εἶναι. οἷον, οὐ μόνον τόδε, ἀλλὰ καὶ τόδε. οὐ γὰρ μόνον, εἴ τι χρήσιμον ἐσκεμμένος ἥκοι τις, τοῦτο ἂν ἀκούσαντες λάβοιτε, ἀλλὰ καὶ τῆς ὑμετέρας τύχης ὑπολαμβάνω. *Ioannes Sturmius*, qui stili artifex fuit ipse, haec latinitate sic donauit: *Negatio igitur & adfirmatio circumducit, perfectam efficiens orationem; vt*, (Demosth. de falsa legatione.) Non vt nostra nobis reddant, *deinde adfirmatio*, sed quasi ceteros tueantur. *Hoc ornamentum non recensemus in illis, quae attrahunt alias sententias. Nam per se potest poni negatio, vt*, (Demosth. pro Corona) Non per me, nondum enim ego ad Rempublicam accesseram, primum ita animis adfecti eratis. *Nulla enim adfirmatio negationem secuta est. Primum igitur adfirmatio & negatio verborum ornamentum circumductam figuram facit, perfectam orationem reddens: deinde etiam copulatio per negationem. Sententiae enim hoc modo pronuntiatae videntur aliquo modo orationem efficere abundantem, vt*, non solum hoc, verum etiam

illud. *Item in illo* (Demosth. in prima Olynth.) Non enim si quis adparati aliquid adferat, quod vtile sit, hoc debetis adsumere, sed etiam vestrae fortunae esse puto. Iam & nonnulla huius χήματος exempla ademus. *Demosthenes* in Philippica secunda, p. 28. B. τ' ἀληθῆ μετὰ παῤῥησίας ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς, κὐκ ἀποκρύψομαι. *Aristoteles* Rhetoric. II. 24. in fine: ψεῦδός τε γάρ ἐστι, καὶ οὐκ ἀληθές. *Plotinus* in Ennead. pag. 179. B. εἴδωλα γὰρ, καὶ οὐκ ἀληθῆ. *Isidorus Pelusiota* libro III. epist. 260. p. 600. λέξω, καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι. *Philo Iudaeus* de vita Mosis lib. I. p. 605. C. ἵνα γνήσιος, ἀλλὰ μὴ ὑποβολιμαῖος, νομισθῇ. *Cebes* in *aureola illa tabula*, vt a *Barthio* ad Rutilium pag. 118. salutatur, & *ingeniosa*, quomodo a *Iusto Lipsio* in Physiologia Stoica libro I. dissert. 19. pag. 560. tomi quarti operum adpellatur, & quam solam ac vnicam habemus (perierunt enim eius Ἑβδόμη & Φοίνιξ, a Diogene Laertio & Suida commemorata, vt post multos alios eleganter indicauit celeberrimus *Io. Alb. Fabricius* in biblioth. Graecae libro II. cap. 23. sectione 34.) is, inquam, Cebes in tabula ista pag. 6. ait: ὑμεῖς οὖν προσέχετε, καὶ μὴ παραπαίετε. Et in eadem tabula pag. 24. ἐρᾷς, ἔφη, ἄνω τόπου τινὰ ἐκεῖνον, ὅπου οὐδεὶς ἐπιχωριοικεῖ, ἀλλ' ἔρημος δοκεῖ εἶναι; Ac statim: ὁδὸς - - ἥτις οὐ πολὺ ἐχλεῖται, ἀλλὰ πάνυ ὀλίγοι πορεύονται. Iterum pag. 26. θαῤῥεῖν, καὶ μὴ ἀποδειλιᾶν. Adhuc in illo πίνακι pag. 32. ἄπλαστοί εἰσι, καὶ οὐδαμῶς κεκαλλωπισμένοι. Porro pag. 36. οὐκ ἔχει ἐν ἑτέροις τὰς ἐλπίδας - - ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ. Confer denique de hoc loquendi genere *Io. Henr. Meibomium* commentario ad ius iurandum Hippocratis cap. 2. pag. 19

XXXI.

Tres negatiuae particulae, mutuo sese excipientes, huc etiam pertinent. Vide illas apud S. Matthaeum XXIIII. 21. Ebr. XIII. 5. Apocal. XIIX. 14. & forsan ibidem capite VII. 16. namque eo in loco οὐδὲ οὐ μὴ πέσῃ nonnulli legunt, quemadmodum in Matthaei XXV. 9. μήποτε μὴ οὐκ ἐκλείπῃ, quatuor habere codices adnotauit *Beza*. Similiter itidem *Lucianus* dialogo Aiacis & Agamemnonis pag. 322. τὸν γοῦν Ὀδυσσέα μὴ οὐχὶ μισεῖν οὐκ ἂν δυναίμην. & *Basilius Seleuciensis* sermone εἰς τὸν προφήτην Ἐλισαῖον, καὶ εἰς τὴν Σωναμίτιν pag. 342. οὐδεὶς τοιοῦτος ἰατρὸς

ἰατρὸς ἐν τῇ πόλει οὐκ ἔστιν ὡς ἔοικεν οὐδείς. & *Cebes* in tabula pag. 40. οὐδὲν ὰ μὴ διοχληθήσεται. Apud antiquos Romanos duae negatiuae, vt apud Graecos, fortius negabant, obseruante *Mureto* ad Catulli epigr. 4. vers. 6. & *Achille Statio* ad Tibulli IIII. 7. vers. 8. & *Io. Ant. Vulpio* ad eundem Tibulli locum pag. 318. immo & tres, veluti in *Terentii* Andria actu I. scen. 2. vers. 33. 34.

— — — — — *sed dico tibi,*

Ne temere facias; neque tu haud dicas, tibi non praedictum, caue.

ad quem locum *Donatus* scribit: *Duae negatiuae faciunt vnam adfirmationem, tres negatiuae pro vna accipiuntur.*

Dantur quoque locutiones Synonymae, triplici modo variatae, veluti Lucae XIIX. 34. vbi primo dicitur, καὶ αὐτοὶ οὐδὲν τούτων συνῆκαν, deinde vero καὶ ἦν τὸ ῥῆμα τοῦτο κεκρυμμένον ἀπ' αὐτῶν, postremo denique καὶ οὐκ ἐγίνωσκον τὰ λεγόμενα. Sic Actor. XIIII. 8. ἀδύνατος τοῖς ποσὶν, & χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς, atque ὃς οὐδέποτε περιεπεπατήκει, inuicem connectuntur. Rursus in Apocal. III. 17. πλούσιός εἰμι, καὶ πεπλούτηκα, καὶ οὐδενὸς χρείαν ἔχω, quae ad hunc modum *Hugo Grotius* illustrauit: *Est gradatio. Multum est* diuitem esse; *plus vero, quum diues sit, adhuc* locupletari; *maximum vero*, nullius plane rei indigere. Sic in *Aeliani* var. hist. l. 31. ὄντες ἐν γεωργίᾳ, καὶ περὶ γῆν πονούμενοι, καὶ αὐτουργοὶ πεφυκότες. Sic in nunquam satis laudanda *Cebetis* tabula pag. 36. ταῦτα πάντα νενίκηκε, καὶ ἀπέρριψεν ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ κεκράτηκεν ἑαυτοῦ. Sed & *Virgilius* eandem rem tribus expressit phrasibus Aen. I. 550.

Quem si fata virum seruant, si vescitur aura
Aetherea, nec adhuc crudelibus occubat vmbris.

Sed satis tandem denique Pleonasmorum, quamquam minor haec collectio est, quam pro infinito illorum numero, qui & in libris N. T. & vbique scriptorum reperitur. Vera enim sunt, quae *Ioachimus Kuhnius*, in indice Aeliani, voce *Pleonasmus*, adnotauit: *Si vero aliquis huiusmodi Pleononasmos pro glossemate delere, praesertim apud Atticos, voluerit, habebit sane in quauis fere pagina, quod agat.*

GOR-

CORRIGENDA.

Pag 7. verſu 9. lege προσεύχεσθαι. pag. 19. verſu 20. lege *abhorruiſſe.* pag. 20. verſu 18. lege ἔν γε. Eadem pagina, verſu 28. lege τινὰ. pag. 23. verſu 9. lege *ſex ſupra decem.* pag. 25. verſu 3. lege 1. *ad Theſſal. IIII.* pag. 30. ipſo initio lege ἀχ. pag. 33. verſu 20. lege *ebraicum.* pag. 34. verſu 3. lege Παμφυλίαν. pag. 36. verſu 20. lege ἀεγυρίᾳ. pag. 44. verſu 20. lege πότε, & poſt ἐσίδω notam pone interrogandi. pag. 46. verſu 18. lege Ἀρεοπαγιτῶν. pag. 48. verſu 3. poſt *ordinario* adde *modo.* p. 49. verſu 8. ac 6. ante finem lege *coepit.* pag. 52. verſu penultimo lege φερίμ&. pag. 56. verſu 6. a fine ſcribe γαὲς. p. 58. verſu 5. lege *differentem.* p. 60. verſu 5. lege συμβέβηκεν. pag. 62. verſu 8. pro *ſpe* lege *opinione.* Denique notandum, quod pagina 61. verſu 15. Horatii locus ita adferatur, vti eum Heinſius exhibuit, qui tamen memoriae lapſu multos ſimul commiſit errores. Primum enim Horatianus liber de arte poetica ad *Piſones* eſt ſcriptus, non *ad Piſonem*; deinde in illo libro integro non exſtant producti verſus, ſed in libro ſecundo epiſtolarum, epiſtola etiam ſecunda ad Iulium Florum verſu 109. ac ſequentibus; poſtremo nullum poſt vocem *Verba* ponunt inciſum editiones praeſtantiſſimae, Paulli Manutii, Petri Gualterii Chabotii, Thomae Treteri, Henrici Petri (quae Baſileae anno MDXLV. lucem adſpexit, & praeter Acronis ac Porphyrionis commentarios, vndecim virorum doctorum adnotationes complectitur) Ludouici Deſprez, Richardi Bentleii; vt Franciſci Irenici, & Ioannis Bond, aliorumque editiones nunc omittamus. *Thomas Gatakerus* in Cinno pag. 42. Heinſii locum quoque produxit, & eundem ſeruauit errorem, dum Horatium *ad Piſon.* laudauit; vbi fruſtra, prout diximus, illos requiras verſus.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

90

88.X X

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Majus, Johann H.

Dispvtatio Inavgvralis Qva Pleonasmos Lingvae Graecae In N. T. Occvrrentes

Giessae 1728
4 Diss. 3385,26
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10963061-3
VD18 13065823-002